

Th.ev. pol
1243

Solem Luth. 717.

. I.
I.
II
V
Se
Co
d
J

Παραβαλλέταιρος:

hoc est:

*Falsa sodalitas Calvinianorum,
in A. invariata Confessione.*

I. *D. Job: Crocij, pro illa, inania
argumenta.*

II. *Colloquij Lipsiensis 1631. per-
versa interpretatio.*

V. *Repetitio vitiorum Philippica,
variata Confessionis:*

cum præfatione

Ad Generos. Nob. & Magnif. Dn.

FRIDERICVM Melsch:

Se:enifs. & Potentifs. Elect. Sax.

Consil: aulicum & Protosynedrii Dres-

densis Præsidentem; in quâ de causis recusatâ

Colloquii cujusdam, contra susur-
ros nonnullorum disseritur

Autore

JOHANNNE BOTSACCO D.

Gymnasij Gedanensis Rectore.



GEDANI, typis & sumptibus GEORGI RHETII,

Reip. & Gymn. Typog. M. DC. XXXVI.

Bolem: 717 598
Theol. Luth. 1934

*August. Tom. 7. lib. 1. c. 5.
contra Crescon.*

Si cui diligentia medicinae hu-
jus impensa non prodest, sufficit
ad rationem Deo reddendam,
quod non cessavit impendi.

Sächsische
Landesbibliothek
Dresden

☉
GENEROSO, NOBILISSIMO
& Magnificentissimo

V I R O

Dn. FRIDERICO
Mersch /

Hæreditario in Reichenbach
& Friessen / Sereniss. & Potentiss.
Electoris Saxonæ, Confiliario au-
lico prudentissimo, & Protosyne-
drii Dresdensis Præsidi gra-
vissimo, &c.

*Domino & Mæcenati meo pluri-
mum observando S. P.*

Generose & Magnifice Dñe
sæpè ego mecum gratitudi-
nis & perpetis erga M.N. V.
observantiæ & devinctio-
nis declarandæ, rationes inijs; post-
quam summi Numinis clementiâ

§ 2

in hoc

P R Æ F A T I O.

in hoc Musarum portu Pruteno
delitui, sæpe votivam tabulã me-
ditatus sum, sacram eximio M. N.
V. in me favori, nunquam satis
laudato. At verò quid à mea tenui-
tate, nobiliss. M. V. dignum profi-
cisci poterat? Indicinã tantùm gra-
ti pectoris ejusmodi me debere in-
telligebam, quæ & M. N. V. accepta
foret, & meis viribus haud dispar:
Quarum fructus inde N. M. V. de-
beo, quòd me singulari benevo-
lentiã nunquam non complexa
sit, & tenuem ingenii mei agellum
in publicam velut culturam desti-
nare in animo habuerit: nisi sum-
mi numinis providentia, meo bo-
no, optimi consilii stamen velut
ad tempus rupisset, & me, cladibus
semotum Teutoniæ, in has oras
transtulisset, ne cineres illius tristis-
simos

P R Æ F A T I O.

simos lachrymabundis oculis frequentarem, quos tamen mente verso quotidie: Et cum Zacharia istud ingemino: *Vsq; quò, Domine, non misereberis Ierusalem?* Verum enimverò Ecclesię Christi militantis hæc facies & indoles est, ut nunquam quiescat, sed unâ manu ædificet, alterâ arma capeßat, quæ summus ille pacis arbiter dissipet & tandem

frangat cruentæ spicula lanceæ, ut pax & fides sibi oscula exoptata figant!

Nostræ equidem terræ ingruerat eadem tristis Bellonæ facies. Summi numinis hoc munus est, quod illi & Serenissimo & Clementissimo Regi nostro & laudatissimis Poloniae proceribus, illustribusq; deferimus acceptum. Sopitumq;

P R Æ F A T I O.

bellum, quod ferro gerendum: nō
quidem topito illo, quod verbo &
stylo geritur. Vivim⁹ namq; in illa
urbe, in qua magna hominum fre-
quētia, maxima fidei & Religionis
differentia: Qui huic præsum⁹ mi-
litia, gnavos esse oportet in hoc sa-
cri belli apparatu, cū, ut gladio
spirituali contra Pseudoprophetas
dimicemus, tum ut mundum,
ejusq; judicia, fide vincamus, tri-
umphemus de convitiis, in nos
falsò coniectis. Quæ M. N. V.
benevolentia in me summa est, ea
mihi dabit veniam, si ex earum
criminationum innumerabili ferè
copia seligam unam, de qua liceat
dicere coram M. N. V. & confidē-
ter, & meo bono, quod & M. N. V.
impensè amat, famæ scilicet vindi-
candæ, famæ, inquam, quæ flagel-
latur

P R A E F A T I O.

latur per fabularū industrios quosdam Dædalos, qui me pipulo differunt & timiditatis accusant, ac si telam disputationis cum Valeriano Magno Monacho Capucino, (cujus judicium de Acatholicorū, ut vocat, regula credendi, ante aliquot años confutaveram, scripto, cui titulus: Antivalerianus: Lipsiæ 1631. edito) sub initium hujus anni inire coram subterfugerim. Huic fabulæ, ut nonnulli dignitatem addunt, sic & alii fidem adjungunt. Sed infeliciter admodum: Neque enim subterfugi Monachi colloquium, & phaleras verborum, exclamationum, apostropharū, &c. formidavi, sed hoc petij, ut mihi liceret *aquis* cum eò conditionibus, & *autò* congredi. Quænam illæ conditiones? Nempe, ut Valerianus

§ 4

me.

P R Æ F A T I O.

mecum *Syllogisticè* dimicaret, disputationem hanc ne in *odium personale* verteret, è *sola scripturâ tela* depromeret, & sanctè promitteret, nolle se *relinquere Xystum* disputationis, nisi finita tela quæstionis nostræ. Sed hæc pacta, ut justa sunt, atq; æqua: Ita de nullo horum tamen certior fieri potui *per eos*, qui hunc congressum atq; conflictum subeundum urgebant. At quomodo tutò disputare posui & cum *securitate*? Et istud strictim eloquar: Disputationem offerebant mihi habendam, cum *quo*? Cum Monacho magnæ autoritatis, & magnam personam gerente, apud suæ fidei addictos. *Vbi* verò? In urbe nostra populofissima, & omnis generis hominibus refertissima. Quo in loco? In eo, ubi cum Catholicorū
tum

P R A E F A T I O.

rum Reformatorum Calviniano-
 rum magna confluxerat turba,
 quemq; stipaverat vulgarium ho-
 minum, quorū mihi transeundæ
 cohortes, numerosa atq; conferta
 fezes. Quàm facilè offensionem etiã
 publicæ potuisset esse locus? Si vel
 ego verbo læsissem *Valerianū Ma-*
gnum, vel convitio aut vi publi-
 cã à studio *ſ* partis alterutrius læ-
 sus essem. An ignota sunt *vulgi* pro-
 fide studia furibunda, nata in præ-
 sens *tumultuum* ulcus? An *obscuri*
 sunt Colloquiorum Theologico-
 rum infelices *exitus*? An immunes
 à calumniis evadere possunt maxi-
 mi Theologi, etiam æquisſimis cõ-
 ditionibus in colloquendi aream
 descendentes? Minimè verò: Nam
 Colloquium illud Lipsense 1631.
 vel solum instar omnium esse po-
 test,

§§

test,

39
39
39

P R A E F A T I O.

test, de quo ad calcem hujus tracta-
tiunculae dixi, ut taceam plura alia,
infausto cavillationum, corrupti-
onũ, exitu clausa colloquia. Num
verò mihi licuit in tantâ *urbis popu-
lositate nostrae, sine consensu Magi-
stratus nostri*, hoc moliri op⁹, quod,
si tentassem, deinde hostes mei in
actionem turbatae urbis vocare, vel
ad minimum interpretari potuis-
sent? Nam de me, ut turbatore E.c-
clesiæ, non unæ voces sparsæ erant
antè, præcedanæ scilicet boni affe-
ctus indicinæ. Sanè & domestica
& multorum alia me vestigia ter-
ruerunt, nec citra *permisum Magi-
stratus*, huic ingerere me colloquio
sustinuerim. Itaq; qui eò nomine
me traducunt, & ultra mare (quæ
illorum est transmarina fortitudo
& calliditas) timiditatem meam
inclu-

P R A E F A T I O.

inclarescere volunt, ne rabiē mentis produnt conjunctam cum summā ignoraotiā *modi & ordinis*, & prudentis discretionis, quam ingenuæ sibi flagitant disputationes, & quam nobis ipsa ratio præscribit. Quid *demum*? Rem ad Magnif. & Nobil. Dn. *Protoscholarcham*, Dn. Eggertum à Kempen, Mecœnatem meum *defero*, provocationem & ejus promotores, vel indices *expli-co*, ad disputandum me *offero*, iis tamen *conditionibus*, quas suprà dixi: Sed res tota, utpote suspecta ad Magnif. & Nobiliss. Senatum urbis nostræ, (sine cujus nutu non debui id subire, quod suo modo publicum erat) me perscribente, refertur. At verò Senatus à versuria hominum quorundam me absolvit, & 4. Januarij *decreto* mihi

§ 6.

publi-

P R Æ F A T I O.

publico (quod etiamnum publicis, ni fallor, sacratum est tabulis) injungit, Colloquio abstinere, parum eò tempore proficuo: nec ea recensere, quæ in meam laudem ne eam quæsiuisse videar, in ἐπιγρᾶ-
 φῆ decreti addita erant. His peractis, & antiquata publicæ collo-
 cutionis ratione justis & æquis de-
 causis, Valer. Magno per non ne-
 minem meorum convictorum,
 offero privatim conferendi facul-
 tatem. (spem enim conceperam
 fore, ut Valer. M. me eò dignare-
 tur honore, quò cum antè pari di-
 sputationum Philosophicarum à
 Clar. Clar. Viris Dn. Dn. M. Petro
 Losio, Phys. P. P. & M. Hen-
 rico Nicolai, Logic. P. P. præstan-
 tissimo, in Gymnasio nostro in-
 terfuerat, sine ulla læsione sui.) Ve-
 rum

P R Æ F A T I O.

rùm Valerianus postero die per
 famulum hoc mihi responsi nun-
 ciari iussit. *Si liberet mihi cum eo*
colloqui, ad ædes Regij nummorum
Magistri ad forum sitas venirem:
 Non accepi conditionem hanc,
 quòd decreto Amplifs. & Magni-
 fici Senatus contrairer, quod cum
 tumultu aliquo, vel saltem homi-
 num concursu res futura fuisset,
 neque ego hujus instituti causas
 Magnifico Senatui probare potu-
 issem. Itaq; averruncatum est hoc
 Colloquium, & hinc apertus fons
 est *calumnie*, ex quo illi rivuli in
 Hungariam, Hollandiam, Angli-
 am manarunt venenati, videlicet
 D. Botfaccum *timidum* fuisse, non
 ausum pro oeria fidei suæ defensa-
 re, neq; cum Valeriano M. in aper-
 tam descendere aream Theologi-

P R Æ F A T I O.

æ collocutionis. Belli fanè fabularum architecti! Quasi verò per Domini gratiam, nunc primùm colloquia cum Adversariis publica tractaverim, vel detrectaverim. (Aliud norunt pulpita nostra, & pubes Gedana) Quasi non sit prudentis viri, ut videat, an cum gloria Dei, & boni Ecclesiæ publici amplificatione conjunctum sit aliquod institutum. Sed ita in levibus & fabulis sibi nidum garrulitas struit, quæ in publicum ipsamet non prodit, tantùm se pascit domestico, instar aranearum, denigrandi veneno. Ego fanè hanc immodestiam ipsi Valer. Magno *non tribuo*, nec hujus fabulæ quicquam in eum cudo. Norunt enim multi boni viri, eundem Valerianum M. dixisse meæ modestiæ, quâ contra

tra

PRÆFATIO.

tra ipsum scripseram, luculentissimum præconium testimoniumq; Sed sunt alii Ismaeles, nonnulli qui has parant furias, hæc linguarum flagella. Ubi veritatis armis non sciunt pugnare, calumniæ litant. Quicquid hujus sit; rupes ero gratiâ Dei mei, ut possim rupes.

Spernere inulta minas flabrorum & turbinis atri- & flocci pendere humanam gloriationem, tam infelici partu enixam. Ego cum Paulo didici, in infirmitate meâ gloriari: & militare simul armis justitiæ spiritualibus: Minimè tamen ὑπερ τὰ ἐσκαμμένα. Hujus tamen mali (si modo malum est, bonos per malos, malè audire.) partem, in M. N. V. sinum non tam delatam volo, quàm me purgatum à toxico istarum linguarum, quarum,

rum,

P R Æ F A T I O.

rum factor longè latèq; dissipatus, sine dubio ad vestram quoq; aulã penetravit illustrem. Equidem vix digna est hæc fabula, quæ chartam maculet; noluit tamen *deesse fama mea*, quam illud falsiloquium laceraverat, & adhuc lacerare non cessat. Judicium verò bonorum quorumvis æquus fero & feram, fecerimne *injustè, quod Colloquium* illud à Valeriano M. ipso non petitum *primò*, nec *æquis conditionibus* limitatum, neq; præsidio *Magistratus firmatum*, & turbis obnoxium publicis, nec ad finem *utilem directum, &c.* & quod caput rei est, Senatus prudentissimi *judicio longè sapientissimo inhibatum*, his causis de justis detrectaverim? Vel æstiment secum, annon abyssus aliqua Satanae sub eo latuerit, (quod salvo cujusvis honore acceptum velim!)

ani-

P R Æ F A T I O.

animæ præcipitiũ meæ molientis:
Et tamen hâc fabula jam Gedanũ
& Belgium perfonuit, & invidia
ipsa hâc sese pavit. Ego verò etsi me-
mor felicitatis à Domino promis-
sæ, candidæ *innocentiæ*, memor
exemplorum, quæ mihi fidelium
Dei servorum patientiam præscri-
bũt; *nolui* tamen deesse officio tu-
endæ famæ; nec *debui* apud M. N.
V. quæ me nunquam, nisi cum bo-
nâ famâ studiorum, in suorum cli-
entum censum retulisset; quò ne
exulem, livore hujus apricæ ca-
lumniæ, istud mihi primum nun-
cupandarum M. N. V. nomini,
harum pagellarum caput meritò
fuit. *Alterum* verò non minùs
fonticum est, cum in hac *Tracta-
tiunculâ* iis de bonis agatur, quæ
M. N. V. sola vera sunt bona. Agi-
tur

P R Æ F A T I O.

tur namq; de *bono A. Confessionis invariatae* intemerato, cujus depositum fidam sub rutâ Saxonica hætenus costodiam reperit, & ut porro reperiat, ad longam posteritatis seriem, devotis cordium gemitibus Deum Ter Opt. Maximū rogamus, præcipuè his temporibus, quibus spiritus mendax & hypocriticus sub prætextu veri cuniculos struit limpida *invariata August. Confessionis veritati*, & mixturam fidei Samaritanam meditatur, cum quidam Calvinianæ Ecclesiæ Doctores imprudenter, ne quid dicam gravius, effutire non erubescunt, se *August. Confessionis addictos esse*: Quò equidem iudicio suo sese produnt, vel *ignaros historiarum* seculi præteriti, quæ ad amussim omnes huic opinationi recla-

P R Æ F A T I O.

reclamant: Vel *conscientia saucios*,
quod citra fidem publicam, &
contra sociorum suorum calcu-
los, id statuunt, & studiosæ juvén-
tuti inculcent, quod nullo pacto
cum Recesibus Imperii & pace
Religionis congruit: Itaq; hæc με-
λετήματα, Gener. & Magnif. Vir M.
N. V. nomini meritò inscribo,
partim, quod hæc causa, quam
ago, suo quasi jure ad eum virum,
qui divina cum humanis studia,
gnaviter conjunxit, pertinere vi-
deatur: partim, quod M. N. V.
impensa Polemicorum scripto-
rum lectione delectari, mihi ex-
ploratissimum sit: Præprimis
quod ex aula Saxonica, cujus M.
N. V. non postrema pars est, ejusq;
proceribus Reverendis: Nobilibs.
Magnificis, plurima in me mana-
verint

P R Æ F A T I O

verint beneficia, non tantum,
cum Wittembergæ studiorum &
exercitiorum causa morarer: Sed
& dum jam hanc officii provinci-
am Gedani sustineo, non semel
neque leves eximii in me favoris
sui significationes M. N. V. dedit,
quas non commemoro. Cujus
gratiæ atq; benevolentia memoriam
semper ego sacram habeo:
Et Deum pro pace Ecclesie & Ru-
tae Saxonicae, precari nuquam de-
fisto. Maeste igitur, Nobilissime
Vir, maeste una cum Magnif. Col-
legarum ordine, & pro salute atq;
thesauro invariatae A. Conf. vigiles
perennare curas, non desinite, curas
inquam, Heroicis virtutibus vestris
dignas, & Ecclesie JESU CHRISTI
(hinc armis & violentia, isthinc
dolis, cuniculis, & fraudulentia
sub

P R Æ F A T I O.

sub hanc ultimam mundi vesperam, presæ atq; gemebundæ) proficuas, & gloriosis nominum vestrorum fastis meritisq; æternandis, profuturas.

O utinam Deus, ter justus, ter misericors, felicissimæ pacis bonum afflictæ Germaniæ restituat, tandem! utinam supremorum terræ scutorum animis, a vitæ pacis cogitationes instillet; disfidia quævis, omnipotente manu sopiat; & vultû gratiæ suæ ostendat paternû:

Ω πότνι εἰρήνη παρέμεινον τῷ βίον ἡμῶν!

Exurge Deus, exurge, & dissipentur omnes inimici tui! Disjice, Altissime Deus, consilia noxia quævis, inimica Reipublicæ Christianæ, tristia & lugubria Ecclesiæ tuæ.

P R Æ F A T I O.

tua. Extingue odiorum faces & flammam & serva tuam, O CHRISTE naviculam: Vespera est, noli abitum moliri. Tristia sunt tempora, imò tristissima: ne quæso tuos solatio destitue. Ingruunt tempestates & decumani fluctus, & nigrescit coelum, & fathiscit penè rimis tua puppis, optime JESU: adesto Domine, increpa ventum, compone fluctus, absterge luctus & lachrymas nostras. Propitio vultu intuerere vineam Saxoniam, & omnes, sinceræ veritatis studio tibi soli addictas Ecclesias alias. Hi in curribus, illi in equis. Nos in Domino, in nomine Domini sperabimus, atq; crepundia humanorum fæderum & auxiliorum, tuti purâ conscientia, vel

vel

P R A E F A T I O.

Vel parati tolerantiam paternam
castigationis, insolenti stulti-
tia non ingeminabimus. Servet,
servet, inquam M. N. vestram,
summa J E H O V A E, D E I no-
stri clementia, consiliis ejus-
dem opulentissimè benedi-
cat. Denique sospitet ean-
dem M. N. V. Deus Pater mi-
sericordiae, fons integritatis,
veritatis magister, bonorum
omnium autor, inceptor,
perfector, omnibus animae
corporis, atque fortunae do-
nis, longò domus Illustrissi-
mæ Electoralis Saxonicae bo-
no & clientum praesidio pi-
orum, quos inter inter
ut & me M. N. V. habere,
non desistat, observanter
rogo: Dabam Kalendis Ju-
niis,

P R Æ F A T I O.

niis, styl. Gregor. anno la-
bentis seculi decimi sexti,
trigesimo sexto G E D A N I.

Generosæ & Magnificæ
Nob. & Strenuita-
tis V.

observantiss:

Johannes Botfaccus. D
Gym. Gedanen. Rect. P.
& Eccl. ad SS. Trinit.
Minister.

Παραβαλλόμεται:

sive

FALSA SODALITAS

Calvinianorum,

in

Augustanæ Confessionis

γνησίως dictæ, Symbolo

augustissimo:

Demonstrata & repetita, in gratiam studiosæ juventutis,

Autore

JOHANNES BOTSACCO D.

Gymnasii Dantisc. Rectore.

Augustin. Tom. 7. lib. 1. c. 5. contra Crescon.

Si cui diligentia medicinæ hujus impensa non prodest, sufficit ad rationem Deo reddendam, quod non cessavit impendi.

G E D A N I,

Typis GEORGI RHETII, Reip. & Gymnas. Typog.

Anno M. DC. XXXVI.



PRÆLOQVIUM.

FEcerunt, amice Lector, discipulo-
rum Gymnasii nostri vota & pre-
ces, ut de problemate hoc denuò
scribere in animum induxerim, quod il-
los quidem ancipiti sententiarum varie-
tate distrahi, me verò tacitè (imò liber-
tatem Religionis nostræ) per hujus quæ-
stionis velut latus pungi, non obscure
colligerem subolfaceremque. Qua de
caussa mihi jure tanti fuit conscientia, ut
vetitatis patrocinium, quod vel ipsa of-
ficii ratio mihi injungit, deserere nec vo-
luerim, nec debuerim. Scripseram supe-
riori anno vernaculo diomate con-
stantem assertionem, quâ inductione,
demonstrationum palmariarum decem
& octo luculenter eviceram, Ecclesiæ Re-
formato-Calvinianæ Doctores & Com-
plices nullo jure gloriari posse, de Augu-
stanæ Confessionis societate. Scripseram
sine cavillis, fuce, hypocrisei, & amaru-
lentiâ, cujus testem provoco libellum
ipsum, candorem lectoris, & oculum
non coloratum prius, quàm legat, quæ
scripsi. Quicquid hujus sit: veritas non

A 2

inve-

PRÆLOQUIUM.

invenit locum, sed iteratâ refutatarum, calumniarum, vel ut mollius dicam, falsitatum manifestarum & notoriarum crambê, de novo, per D. Georgii Pauli, Ecclesiæ Reformatæ Ministri, &c. calamû & dictata, obruitur atq; involvitur: argumenta in libello meo solide refutata, repetuntur, & studiosæ juventuti inculcantur. Quod ubi intellexi ex aliis, licuisset equidem mihi scribendi labore superse- disse, quòd nullam mearum demonstra- tionum partem, per ista, quæ dixi, dicta- ta læsam esse, probe cognoscerem; At- tamen, cum totum negotium, adhibita in consilium ratione, mecum perpende- rem, videbar non longè à vero mihi ab- errasse, si hanc dictandi audaciam & in- stillandi teneris juvenum animis, aperte *falsa* & libertati Religionis nostræ, Au- gustanæ invariatae Confessioni addictæ, *præjudiciosa*, ejusmodi causam esse judi- caverò, ad quam nemo silentio conivere suo, nemo veritatem & libertatem fidei suæ, humani favoris ampliacione, pro- dere debeat. Itaque, quod multi olim in primitiva Ecclesia viri pii doctiq; etiam patrum nostrorum memoriâ, fecerunt, officii sui memores, ut in eâdem cathe- dra

PRÆLOQVIUM.

dra sparsis erroribus & falsis dogmatib⁹,
obviarent, & teneræ juventutis ani-
mos, à veneno falsiloquii humani asse-
rerent: idem & nunc cum exemplorum
gravitate, tum officii ratione impulsus fa-
cio, & in his notis justas & immobilis ve-
riratis rupe nixas causas adfero; cur ne
quidem humana fides tribuenda sit illis
dictatis, quæ aliquo cum numero studio-
sa juvenus excepit: *precatus Deum*, veri-
tatis fontem & sinceritatis, ut dispulsis er-
rorum tenebris, cum hi, qui hætenus a-
nimos suos præconceptæ sententiæ de
August. Confessione emancipaverunt,
serenum veritatis & libertatis nostræ vi-
deant: tum ii, qui fluctuare videntur &
ambigere (postquam iis, in scholâ nostrâ,
dubietatum scrupuli injecti sunt) solida
veritate, in subjectis notis, dextre & can-
dide explicata cõfirmentur & muniatur.

Subjiciam verò *dictata ipsa*, notis
quibusdam interstinctâ, quæ ostendunt
eorum nexum, partes, argumenta, & ad
singula breviter respondebo: Tuarum
erit partium Lector, legere, intelligere,
judicare, & veritatem unice amplecti,
gratiâ cujus hoc & omne studium nostrû
meritò impenditur: amicus Plato, amicus,

A 3

Socra-

PRÆLOQUIUM.

Socrates, magis tamen amica est veritas. Quod veteres dicebant, non incommode huc transtulerim, maxime verò in hac caussa, in qua, ut scite scribit Cyprianus lib. 2. Epist. 3. pax vera, falsæ pacis (quam modo nonnulli sub pallio Aug. Confessionis fabricant) mendacio tollitur. Quod superest, luculentis augusti Patris Augustini verbis finiam præloquium.

cont. Crese. Discordia nos possidet sub titulo pacis: Et multi ipsam correptionem, qua mobil. Graum. lib. 2. c. 10. destè sit, vel peccatis suis faventes, vel quid c. 266. b lib. respondeant, non invenientes, nec tamen 1. c. 6. Tom. Veritati acquiescentes, onerosè ac molestè 7. oper cont. faciunt eos, qui sedulò secum agunt, nec ab Crese. Eun- eorum convincendo errore dissimulant, liti- dem col. 204 giosos & contentiosos vocant. Falsitas enim, que nudari & redargui metuit, eorum vitiorum nomen, que veritas damnat, diligentiam veritatis accusat.

Sequuntur dictata.

Qui

*Quinam pace religionis gaudere
seu frui debeant?*

Nonnulli immemores (2) dicti illius: favores esse ampliandos, odia restringenda: Reformatos solent ab hoc pacis privilegio excludere; abusi verbis, quæ in decreto Augustano an: 55. habentur, ubi de iis, qui alterutri religioni (nempe Pontificiæ Romanæ vel (3) Augustanæ) non adhærent, dicitur, quod pace hæc minime comprehendantur, sed prorsus ab eâ excludantur. (4) Unde ita argumentantur:

(5) Qui non sunt August: Confessioni addicti, illi à pace Religionis sunt exclusi: Sed Reformati non sunt A. C. addicti.

Ergo.

Sed minor est falsa: Etsi enim in Comitibus imperialibus an. 1530. habitis, in quibus Aug. Confessio Imp. Carolo oblata est, quatuor civitates superioris Germaniæ, Argentina, Constantia, Memmingia, Lindavia, quæ Reformatorem doctrinam de Cænâ tunc amplectebantur, A. Confessioni non subscripserint; sed suam propriam Confessionem Imperatori obtulerint; id tamen non est factum, nisi propter phrasin (6) ambiguam Articuli X. qui, in Confessione A. Germanicâ, ita de verbo ad verbum sonat:

A 4

De

De Coenâ Domini sic docetur, quod verum corpus & sanguis Christi, *sub specie* panis & vini, in cænâ vere præsens sit, ibiq; distribuatur & accipiatur. Ideò improbant seculus docentes. Quæ verba, si proprie accipiantur, Transubstantiationem Pontificiam *videntur* importare: (¶) & hoc sensu Pontificios anno 30. Augustæ articulum illum intellexisse & adprobasse, ex Apologiâ A. C. patet, in quâ dicitur, Decimus articulus approbatus est &c. id quod nunquam facturi fuissent Pontificii, si verbis hodie apud ipsos receptis, panem manere, in pane verò esse verum corpus Christi, positus fuisset. Hanc enim sententiam æquè atq; Reformatorum, Pontificii improbant: imò magis statuunt verbis Cænæ repugnare, quàm Reformatorum. (¶) Unde Bellarm. lib. 3. de Euchar. cap. 19. scribit; Hæc verba (accipite, manducate, hoc enim est corpus meum) necessariò inferunt *aut* veram mutationem panis, ut volunt Catholici, *aut* mutationem methaphoricam, ut volunt Calvinistæ: nullo autem modo sententiam Lutheranorum admittunt.] [*Ut nihil* jam dicamus, quod in eadem apologiâ (¶) approbatur *Græcus Canon Missæ, in quo aperte orat Sacerdos, ut mutato pane ipsum corpus Christi fi-*

sti fi.

sti fiat, & dictum Vulgari, dicentis, panem non tantum figuram esse, sed vere in carnem Christi mutari: quæ sane verba non parum Transubstantiationem Pontificiam redolent; ideò etiam in sequentibus editionibus Apologiæ omisâ sunt.] [Propter hunc ergò scrupulum Transubstantiationis, IV. istæ dictæ civitates suam propriam confessionem, cujus autor fuit Bucerus, tum temporis Cæsari offerre, quam ipsi Principum Confessioni subscribere maluerunt:] [*ac ut ipsi ob transubstantiationis dogma A. C. socios tunc suspectos habuerunt, sic vicissim de ipsis sinistra hæc reliquorum animis insedit suspicio, quasi ipsi cum Anabaptistis in cœna sacra nuda & inania symbola, quæ tantum essent externæ professionis tessere, crederent.*] [*Sed scrupulus hic partim biennio post an. 32. (S) Schweinforci: partim & in primis an. 36. per concordiam (H) Witteberg: quæ inter Lutherum & reliquos Saxonicos Theologos & inter Bucerum & reliquos Theologos superioris Germaniæ solenniter inita est:] [*in quam concordiam postea anno subsequenti 37. Helveticæ etiam Ecclesiæ receptæ fuerunt, postquam illæ fidei suæ confessionem & declarationem Luthero (S) Schmalkaldiam mississent, eaq; ab illo approbata fuisset, sublatus est: in quâ concordia, rejecta utrinq; cum trans-**

A 5;

sub-

Substantiatione pontificia, tum locali inclusione
 corporis Christi in pane & durabili aliqua con-
 junctione extra usum Sacramenti, utrinq; con-
 venit, juxta verba Irenæi: Constare Eucharis-
 tiam duabus rebus, terrenâ & cælesti, & cum
 pane & vino vere substantialiter adesse, exhi-
 beri & sumi corpus & sanguinem Domini. Jux-
 ta hanc ergo concordia Witteb. (5) formulam
 postea circa annum 40. verba X. Articuli in A.
 C. emendata, & articulus iste his verbis For-
 mulæ Concordiæ Witteb. *prorsus respondentibus*
 conceptus est: De Cænâ Domini docent,
 quòd cum pane & vino vere exhibeatur Cor-
 pus & sanguis Christi, vescentibus in cænâ
 Domini. Atq; ita pro *verbis illis in primâ edi-*
tione Germanicâ extantibus, quæ transubstan-
tiationi videbantur patrocinari, quod sub specie
panis & vini vere adsint & distribuuntur vescen-
tibus Corpus & Sanguis Christi, verba hæc
quod cum pane & vino vere exhibeantur Cor-
pus & Sanguis Christi vescentibus in cænâ Do-
mini, posita sunt; & simul ommissa Antithesis:
improbamus secus docentes: siquidem cum
illis, qui secus docentium nomine antea nota-
ti erant, jam erat concordia publice inita.
]] *Minimè* igitur hæc emendatio A. C. privatâ
 autoritate Philippi Melanch. in scio aut invi-
 to Luthero & aliis (6) Theologis, Principi-
 bus;

bus, & Statibus protestantibus, sed iisdem con-
sciis & approbantibus facta est: siquidem (1.)
juxta Concordiæ Witteberg. communi Theo-
logorum & Principum consensu, sancitæ for-
mulam, emendatio *hæc facta est*: cujus formu-
læ verba propterea emendatæ confessioni in-
serta, (2.) quia in colloquio (v) Wormatiæ an.
40. *instituto*, emendata confessio publico no-
mine præsentibus omnium ordinum Confes-
sionem A. amplectentium Legatis exhibita, &
contra Pontificios defensa est: & licet Eccius
exemplarium dissimilitudinem *accusaret*. neq;
confessionem jam oblatam per omnia respon-
dere confessioni Augustæ olim exhibitæ præ-
tenderet, id tamen ordines flocci fecerunt,
neq; Philippo propterea litem intenderunt,
quin & *Eccius ipse Philippi responsionem* admisit,
neq; unquam postea mentionem discrepantiæ
exemplarium ullam intulit, ut ex Tom. 4. Phi-
lippi videre est. (5) (3) quia Lutherus ipse in
Ep. ad Johan. Frid. Saxon. Electorem an. 41.
scripta, A. Confessionem adversariis Hagga-
noæ, Wormatiæ & Ratisbonæ exhibitam, (ex-
hibita autem fuit Confessio emendata) charam
confessionem appellat, & Philippum ad collo-
quium Ratisbon. missum commendat, quod
Confessionem retinuerit, & in eâ constanter
perseveret, Tom. 7, Jen. (4) quia Confessio,
A. 6. illa.

Wor-
mat:
Hag.
Rat.

illa an. 51. paulò ante Passaviensem conventum
 (ubi fundamenta pacis religionis jacta sunt.)
 jussu Electoris Saxon. *Mauritii*, nomine Saxo-
 narum Ecclesiarum, à Philippo Melancht. cõ-
 scripta est, ut Concilio Tridentino exhibere-
 tur, non modò à Saxon. Misnicis; sed etiam
 à plerisq; variarum provinciarum Ecclesiis &
 Theologis, atque ipsis etiam (¶) *Academia*
 Grypswaldensis Professoribus, tanquam A.
 Confessioni consentanea, probatæ & repetitæ
 A. Confessionis titulo divulgata, & Corpori
 doctrinæ Philippi inserta est. Hæc autem Con-
 fessio in doctrina de Cænâ prorsus cum emen-
 datâ C. Augustanâ consentit. (¶) (5) quia in
 conventu Francof. Principum & Theologo-
 rum an. 58. habito, eadem doctrina emendatæ
 Confessionis de Cænâ iterum repetita & ad-
 probata est, & contrâ formulâ illa in primâ
 Confessione Germanicâ usurpata: Corpus
 Christi sub specie: communi consensu rejecta
 est. (¶) (6) Electores, Principes & cæteri in
 Ep. ad Ferdinand. Imp. Nauburgi scripta an. 61.
 unanimi consensu emendatam approbarunt,
 & tanquam explicationem primæ confessionis
 commendarunt, & licet ad vitandas Pontifici-
 orum calumnias de novo confessioni primæ
 sub scriberent, nihilominus eam juxta posteri-
 orem editionem intelligi voluerunt.

Cum

(¶) Cū itaq; emendatio Articuli X. publico consensu facta sit, & qui reformatam religionem profitentur, articulum X. emendatum, vere amplectantur, sequitur *falsò eos* accusari, quod Art. X. A. C. contraria doceant, ut maxime oralem manducationem piis pariter & impiis communem non admittant, de quâ nihil in A. C. vel etiam apologiâ continetur, quin potius contrariū, quòd res promissæ in Sacramento (ad res autem promissas etiam pertinet Corpus & Sanguis Christi) non nisi fide accipiantur. (¶) Quod si quis verbis illis X. articuli, quæ in primâ Confessione Germanicâ extant, Sub specie panis & vini, ita delectetur, ut ab iis nefas esse putet, ullâ ratione recedere, possumus ista etiam sano sensu admittere, si nimirum (1) *per speciem panis & vini* non intelligantur nuda sine substantiâ accidentia; sed ipsa externa visibilia elementa in externos sensus incurrentia, quo sensu Augustinus signum definit rem, quæ præter speciem, quam ingerit sensibus, aliud aliquid facit in cogitationem venire. (2) si *per præsentiam sub istis speciebus* scilicet elementis, non intelligatur inclusio, affixio, coëxistentia panis & corporis Christi, vini & sanguinis Christi, sive præsentia corporalis corporis & sanguinis Christi, in pane aut ad locum panis, ita, ut sub his visibilibus rebus,

invisibiles realiter & corporaliter contineantur aut occultentur; sed præsentia sacramentalis & spiritualis, quâ corpus & sanguis Christi dicuntur esse sub pane & vino, tanquam res sacramenti in sacramento, quia per externa illa symbola non modo significantur & obsignantur, sed etiam per ea tanquam Spiritus S. instrumenta credentibus in legitimo usu communicantur, juxta dictum Hilarii: Hæc sumpta & hausta faciunt, ut Christus sit in nobis, & nos in ipso. Quo sensu Christus dicitur etiam esse in verbo præsens, quia verbum de Christo testatur, & est medium, per quod Christus cum suis beneficiis nobis offertur, ut eum fide accipiamus.

(a) Quod ad cæteros A. C. articulos attinet, nihil prorsus in illis continetur, à Reformatorum fide & Confessione discrepans, quod non & corde credant, & ore profiteantur (b) Testatur id Colloquium Marburg an. 1529. inter Lutherum & Zwinglium habitum, ubi de omnibus articulis fidei inter ipsos convenit, & de sola hac quæstione remansit controversia: An verum Christi Corpus & Sanguis sit ubique? prout ad istius Colloquii testantur, quæ in Luther. Tom. 4. Jen. extant, & ad stipulatur Schleidanus lib. 6. ubi sic tandem inter partes, à quibus colloquium hoc institutum, convenisse:

Coll.
Mar-
burg.

nisse:

nisse scribit. Quandoquidem in præcipuis omnibus dogmatibus idem sentirent, abstinendum esse deinceps ab omni contentione, ut in hac etiam controversia lumen accendat, & Concordiæ viam ostendat. Et paulò post: De Cænâ Domini non erat omnium eadem sententia, & hic solus erat scrupulus. (c) Testantur etiam id libri Reformatorum, in quibus consensum suæ doctrinæ cum singulis A. C. articulis ordine exposuerunt, qualis inter alios est D. Fabricii *Furtz bedenden/was die preussis. Kirchen & coet: glauben/* & assertio A. Conf. D. Crocii contra D. Mentzer. (d) imò testatur id etiam Colloquium Lipsense anno 31. inter Theologos Lutheranos & Reform. institutum, in quo quoad cæteros articulos utrinque convenit, exceptis tribus controversiis. De personâ Christi, de Cænâ & de Prædestinatione, in quibus Reformati non ab A. C. sed à Lutheranis istis Theologis differunt.

Itaque dissensio illa, quam nonnulli inter Reform. & Aug. Confessionem in singulis articulis conantur ostendere, non est inter Reformatos & August. Confessionem: sed vel inter A. Confessionem & dogmata quædam, quæ falsò Reformatis (e) affinguntur, & à quibus ipsi toto pectore abhorrent, ut: Deum esse autorem peccati: si quis ad vitam æternam prædestinatus.

tus sit, eum fieri saluum, siue credat siue non :
 & contra: &c. *Vel* inter Reformatos & quo-
 rundam falsa dogmata neq; cum verbo Dei (f)
 neq; cum A. C. consentientia, quale in primis
 est *dogma Ubiquitatis*, quod non minus A. C.
 quàm verbo Dei repugnat: aliàs articulum
 tertium, qui est de Personâ Christi non pro-
 bassent Pontificii, sicut in apologiâ dicitur
 probatum esse, siquidem Ubiquitatem ipsi non
 minus, atq; nos, rejiciunt: *Vel* deniq; est dis-
 sensio (g) de quæstionibus quibusdam scho-
 lasticis, quæ in A. C. non decisæ sunt, & de qui-
 bus sine ullo periculo fidei & salutis dissentire
 licet, ac de quibus verum est illud Augustini:
 Melior est fidelis ignorantia. quàm teme-
 raria & inflans scientia.

*Hactenus dictata illa, eæ, quæ ad me delatæ
 sunt, fide descripta & recitata.*



CAPUT

CAPUT I.

Ostenditur Procemii Hypo-
crisis. 2. Homonymia.

3. Tergiversatio.

§ I.

Nonnulli *N*] Quinam illi? Cur non nominat eos dictatorum autor? An quia pavet? an quia non dignatur nomine, quos calamo dignatus est? an quia non integrum est nomen iis indere, qui vos *nomine Professionis* dogmaticæ appellant? An sapit hypocrisin? Ubi verò Apostolis, Christus, indefinitis verbis adversarios arguerunt? Annon liquidò eorum nomina expresserunt? In re verò & controversia *tam gravi* exprimere eos, quos tibi habes adversos, vel ipsa flagitabat, necessitas, invitabat exemplum Prædecessorum in fide D. Fabrici, Jacobi Adami aliorum qui nostros expresse nominaverunt. Nec probabit eam, *Beza* tolerantiam, qui diserte in Epistola 14. ad *Iohann: Sarnicium* Polonum, eos multò longius à medio recedere, *judicat*, qui *mollitie* (cujus pars est hæc nominum suppressio.) *quàm qui severitate peccant.* p. 107. edit: Genevensi 1575.

Immemores dicti] Bene! Memores v. dicti § 2.
Christi: Matth. 7. *Cavete vobis à Pseudopropheta:*
Felici-

12. *Odia licita: Reformati.*

Felicior est hujus præcepti divini memoria, quàm humani *illius* è jure Pontificio desumpti (Reg. Jur. in Sext.) de favorib⁹ ampliandis, recordatio & applicatio planè inepta, de qua meum non est, sed Canonistarum, fusiàs dispicere. *Memor sit ipse sui, & distinguat odia licita ab illicitis.* Cur non David memor fuit hujus dicti? Cur ergo dixit: Odi eos (falsos nempe doctores) odio perfecto Psal. 139. 22. Maledictus favor hominum, qui Dei odium conciliat. Bene & scite *Basil.* in ps. 44. *Odio quandoq; laudabiliter utimur.* Sic nos quoque, cum laudabiliter, tum juste, in eos, qui fucos & falsa vendunt nobis, ut in Augustanæ Confessionis augustissimum Symbolum irrepere possint. *Quisquis ad scelera (obstinatum errorem in horum reducimus censum) connivet, eaq; silentio suo fovet, perfidus est cause Dei proditor,* ait Calvin. in ps. 139. v. 21. Ne simus Dei causæ proditores, meritò spernimus hominum favores. Pulchre officium Ecclesiastici vigilis describit Augustin. lib. 1. c. 6. contra Crescon. quomodoq; juste increpare debeat: nec placere mundo: Pie verò D. Bernhardus: *Quicquid hic favoris captas, dum ad Deum non retuleris, ipsi furaris!* col. 2147. oper.

§ 3. *Reformatos*] Scilicet à Zwinglio, Johanne Calvino. Quæ autem hæc sit Reformatio, nunc

nunc non dispicio. Dispiciat Lector hoc *Problema*, videbit, qui sint Reform. Doctoribus ungues: quibus evellere conantur intimæ & lucidissimæ veritatis fibras atq; radices, de genuinâ Augustanâ Confessionis *societate*.

¶ *Augustana Religioni*) Si sic denominat à loco, in quo promulgata est, atq; repetita ista, quam dicit, Religio, annuo: Si demum *Augustæ* natâ esse, significat, principium petit, nec quod dicit, probat, & quod falsò nonnulli ex Pontificiis scribunt autorib⁹, fallendo imitatur. Neq; enim ulla fidei pars nostræ Augustæ demum nata est, sed e S. literis, & Orthodoxorû Patrum scriptis omnia ejus capita petita sunt & explicata.

¶ *Unde ita argum.*] Noto: Unum argumentum recenset: Sunt verò plura Lutheranis argumenta, historica, dogmatica, Politica, & alia, quæ non potuit ignorare, si legit nostros. Sed forsân id ipsi fuit animi, ut unum hoc veluti *palmarium argumentum* decerperet sibi, in quo excurrere posset, cæteris misis. Quid de hoc scopo judicandum, aliis linquo dispiciendum. Ad rem ipsam accingor, *fretus veritate*, cujus *patrocinium Deus nobis sanctissimè* commendavit: etiam cum favorum humanorum dispendio: magno tamé lucro speratæ victoriæ apud eos, qui discere volunt (debent verò omnes) quid vile, quid pretiosum, Jerem 15. 19.

----- Quid distent æra lupinis. CA.

CAPUT II.

§ 4. *Proponitur Argumentum palmarium, & in decem resolutum exceptiones, confutatur.*

JAM veniamus ad *argumentum ipsum*, quod est historicum, Politicum & ex jure quodammodo publico. Argumentum Lutherana-
narum Ecclesiarum est tale:

¶ *Qui non sunt Augustanae Confessioni addicti, illi à pace Religionis sunt exclusi.*

Sed Reformati non sunt Augustanae Confessionis addicti:

E. sunt à pace Religionis exclusi.

Hoc argumentum sic elidere conatur D. ut minorem neget, & ad eam excipiat: *Exceptiones* has considerabimus, de consideratis judicet Lector.

I. Exceptio. *Minor est falsa* ait D. Quomodo verò? Vult probare, Reformatos esse tamen addictos Augustanae Confessionis. Quo argumento? Hoc: quantum licet colligere

¶ *Quicumque ambiguitate solum articuli decimi inducti noluerunt subscribere Aug. Confessionis, illi non sunt separati ab Augustana Confessione.*

Atqui quatuor Civitates Germania superioris, Argentoratum, Constantia, Lindavia,
Mem.

Confess. A. non est ambigua. 15.

Memminga, solum ambiguitate articuli X. August. Confessionis inducta sunt, ut non subscripserint Augustanae Confessioni:

E. Sic quoq; alij.

Respond. (1.) *Nego minorem*: Non enim § 5.
ambigüe acceperunt articulum decimum Aug.
Confessionis. quatuor illæ civitates, sed probe intellexerunt Lutheri & statuum Protestantium sententiam, quam idem Lutherus tot scriptis luculenter dederat explicatam, ita ut non potuerint non scire, Lutherum *Transsubstantiationis dogma* rejicere & damnatum ire. Optime hoc sane intellexit *Bucerus*, autor præcipuus hujus Confessionis: An dicet doctissimum hunc virum ambiguum fuisse de Lutheranorum sententia? Id vero adversum est *universæ historiae*. Scripta Lutheri quoq; ante annum trigessimum supra sesquimillesimum, contra transubstantiationem, edita, contrarium testantur: v. anno 1520. lib. de captiv. *Babylonicâ Transsubstantiationis vocem nuncupat* monstruosum somnium & nugas *Metaphysicas*. 1522. in lib: cont. Henr, Angliæ Regem, vocat eandem *cæcum Thomistarum figmentum*, impium & blasphemum. 1526. in lib. cont. *cælestes Prophetas* anno 1528. in *Majori Confess:* eundem errorem detestatus est. Idem etiam de *Transsubstantiatione* docuerunt Theologi

σὺγ-

16. Conf. A. non docet Transubst.

σύγχρονοι Luthero in superiore & inferiore Germania. Anno 1526, Bilibaldus Bircheimerus Senator Noricus, Oecolampadii librum nervosè refutaverat, nostramq; sententiam, contra Pontificios exposuerat? Adde quod Lutherus composuerat septendecim articulos, non ambigè scriptos, sed planè & sincerè, ex quibus constat Augustana Confessio: (2) *Ostendo contradictionem.* Intellexerunt quatuor illæ civitates, Lutherum in hoc articulo X. disertè non ambigè, docere oralem manducationem. Testatur id Admonitio Neostad. p. 188. *Cum* (ait) *oralem manducationem carnis Christi, palam repudiarent nostri, quam Papistis concedebant alteri, necessitas coëgit ipsos statim in principio testatum hoc apud omnes relinquere, ne, si subscribentes A. Confessionis, simulassent de hoc capite, cum illius autoribus consensum.* &c. Hactenus Admonitio illa. Ergo, testari voluerunt Zwingliani: Testimoniū ergo hoc profectum est non ex ambiguo sensu, sed certā quatuor civitatū sententia: Nisi velis dicere, civitates quatuor, ambiguitate ductas testati voluisse, hoc est, *ludificari?* Malè!

§ 6. (3) *Impingo hoc absurdum:* Si articulus X. A. Confessionis est *ambiguus*, ambigè hunc posuit Philippus (quem Calviniani dicunt, autorum esse A. Confessionis, licet falsò, quod ostendi Constant, Assert, vernacul, § 18, seq.) Et sic *Status*
pon.

Confes. A. non est ambigua. 17.

Pontificios iudicatus est Philippus, quorum illi non ambiguum, sed disertam & claram confessionem & symbolum contra calumniantium suffragos expectabant. An sic honori consulent, an æstimo, Philippi? Ponderent secum ista! vel an constantissimi Confessores, Principes, Status, ambiguis verbis Cæsarem iudicati esse censiendi sunt? O audaciam fingendi incred. bil ē, omnium risu dignam! Non ea nobis nostrisvè uspiam cordi fuit libido fallendi homines obscurorum verborum velo: Non probabitis, scio. Probavit verò Lavatherus, vestrum olim Bucerum potius fallaciæ æquivocæ plus justò deditum fuisse (Histor: Sacram) Bucerus, ait &c. Notiora sunt, quàm ut recitentur, Lavatheri verba: quæ simul suo calculo firmat *Josias Simler*. Orat. de vitâ & obitu P. Martyris, ejusdem *ambiguitatis* accusans Bucerum.

(4) *Contradicit A. Wolfio*, in histor: August. Confess. p. 4. dicenti. Augustanam Confessionem, *conceptis suis verbis* prorsus cum Transsubstantiatione Pontificia consentire: contra ait Dictator, Augustanam Confessionem *ambiguum fuisse*. Atqui plana Confessio. & quæ prorsus *conceptis verbis docet* Transsubstantiationem & ambigua, non est una eademque. Quod enim ambiguum est, ex eo non potest judicari: Transigat ergo cum Wolfio! vel ostendat, quomodo ambigua Confessio. & Confessio prorsus Pontificia una sit eademque. Itaq; (5) Ad.

18. *Artic. A. Confess. sensus quis?*

(5.) Adhuc firmum manet argumentum. Quatuor civitates illæ, A. Confessionis subscribere noluerunt, an. 1530 Augustæ. E. non fuerunt etiam illi Confessionis addictæ. Nihil ergo proficit hæc *exceptio* Doctoris.

§ 8. II. *Exceptio.* *Decimus articulus A. Confessionis in sensu Pontificio approbatus est a Cæsare. Id probat sive confirmat autoritate Bellarmini lib. 3. c. 19 de Eucharist. ita quoque Sohnius Tom. 2. fol. 8. Oper.*

R. (1.) *Est petitio principii.* Non probat D. quod dicit. (2.) In *eo sensu* probatus est hic articulus, quo hæctenus controversiam de cæna docuerat Lutherus, & receperant *Ordines Protestantes.* (Connexio est firma & clara per se.) Atqui non sensu *Pontificio* Lutherus docuerat *is annis* Transubstantiationem, sed potius damnaverat, ut probavimus § 5. *Except. i.* Id quod, nec Cæsari, nec tot Pontificiorum Doctoribus poterat esse obscurum, in Comitibus Augustanis. Erat enim hoc notorium: Notoria verò non sunt obscura, nec ambigua. Qui ergo potuit *sensu Pontificio* probari nostræ Confessionis articulus decimus? Imò non *sensu Pontificio* hunc fuisse articulum positum à Protestantibus & Luthero, nec ita intellectum à Pontificiis, fatetur *Iob. Cochleus*, accusans in eo Philippum, quòd dicat in Apologia, panem

nem

nem mutari, & tamen neget Transsubstantiationem: Et de ipso etiam Lutero, quod negaverit Transsubstantiationem & Concomitantiam, non obscure conqueritur, (è citat. Dn. D. Mentzeri in Exeget.) Benè! Si igitur negarunt nostri Transsubstantiationem, agnoscentibus Pontificiis: quomodo dicis, hoc sensu Confessionem nostram esse, qui non erat ejusdem sensus? Quid quæso ineptius dici vel scribi potuit?

¶ (3.) Bellarmini Iesuitæ testimonium non præjudicat toti Imperio & Cæsaris judicio, de Protestantium fide. prolato, nec ipse Iesuita probat, quod dicit, nempe verba cœnæ nullo modo sententiam Lutheranam admittere. De sensu & approbatione Aug. Confessionis, vult judicare è censuris Iesuitarum, tum temporis nondum natorum? Censuræ hæc nihil præjudicant sacratissimæ huic paci Religionis. Sed nec tenuis nos admiratio subit, qui fiat, ut inimici testimonium adversum nos vāere velit Dictator: puta Bellarmini, infensissimi Religionis Evangelicæ hostis. Iudicent æqui amantes, hostis testimonium hic stringat? Sed tamen

(4.) Reponimus auctori dictatorum sexcenta alia aliorum Pontificiorum testimonia, quæ mutationem illam X. articuli à Philippo factam improbant. Fabric. p. 188. b Harm. suæ. Lutero (ait is) Verba Servatoris ait de presentia sui

B

cor.

20. Philip: accusant Pontif:

corporis & sanguinis in Eucharistia erant manifestiora, quàm ut eam negare auderet. Sed Melancthon non defuit malitia, ut eam rem perficeret, tandemq; ad illos accederet, quos Elias Germanicus (Lutherus) velut insanatos & persatanatos condemnasset. Nam Calvinista & Zwingliani toties à Confessionis A. propugnatoribus condemnati, suum dogma Sacramentarium, volunt etiam esse hoc decimo articulo inclusum, respicientes scilicet ad eam variationem, quam Melancthon 1540. molitus est. Hæc Fabricius Leodius. Idem judicat Caspar. Vlenberg. cujus verba citavimus, Constant assertio Bernac: demonstrat: 14. § 90. p. 152. Heisius, ibid. Accedit Johann. à Dabentr. qui ait: decimo articulo Oecolampadianos & Zwinglianos rejectos esse. p. 176. b. Exeges. Col. 1537. edit: Idem confirmat Johann. Hoffmeister: in artic. X. Quicquid his respondendum sit, si perviderit, jam sibi ipsi prospexit de responso: à nobis non expectet: Nisi prius probet, (quod falsò Bellarminus presupponit) nostram sententiam in verbis cœna fundatã non esse Hoc si fecerit Methodicè, Syllogisticè, sine Sophisticâ, experietur promptitudinem nostram in respondendo. Quàm vana igitur, ob quatuor notas allatas, secundahæc fuit exceptio?

§10. Exceptio III. (D) In Apol. Confessionis Augustanae probatus est Græcus Canon Missæ, in quo
panis

A. Conf. non docet Transsubst. 21.

*panis dicitur mutari in Christi corpus: Et dictum
Vulgarij, idem docentis: E ambigua erat Con-
fessio &c.*

Respond. (1.) *Nostri acceperunt sanò sensu
eam Phrasin: mutari, ut idem sit, quod à pro-
fano usu: è sacrum transferri non sensu Ponti-
ficio: Sic eâ phrasi usus est G. Nyssenus in Orat.
de Baptismo. Ambros. lib. 4. c. 4. de Sacram.
& alii: quo sano sensu ipsa Anglicana Confessio
p. 120. Symbola mutari concedit. Edit. 1612. in
4. apud Chovet: Syntag. Confess: Et G. Wit-
taker: lib. 2. contra Duræum p. 176. Edit. Ru-
pellens. & D. Scarpus, Curs. Theologici p. 710.
col. 2. Tit. de Cænâ Domini. Tom. 1. Valent.
Hollopæus de totâ re Sacramentaria, p. 207.
208. 318. Marc. Beumler, dial. 2. Theod. p. 116.
D. Chamier Tom. 4. Panstrat: lib 6. c. 7. §. 14.
15. 16. seq. Ioh. Langius fol. 196, annotat. in 1.
Tom: Iustini*

(2.) *Nec aliter potuit intelligere Bucerus, in
scriptis Patrum satis versatus. probè sciens vo-
cem, mutari, sic accipi à Patribus. Si probè sci-
vit, non potuit ambigere de sensu phraseos à no-
stris usurpatæ, quem q̄ ex collationibus cum Phi-
lippo & aliis, institutus facile imbibere potuit.
Falsum itaq; est, hac locutione scrupulum ambi-
guitatis Tetrapolitanis (hoc est quatuor Civita-
tum Legatis) injectum fuisse.*

B 2

(3) Idq̄

22. *A. Conf. non docet Transsubst.*

i(3.) Idq; patet ulterius *ex eadem Apologia*, ubi disertè fit mentio panis & vini, & manere, ait eadem, has substantias *in oculos incurrentes*. Id verò quod incurrit in oculos, ut panis & vinum, quomodo sua quæso substantiâ *mutatum* dicetur? Ergo hæc verba *Apologia* testantur, quo sensu nostri, *panem & vinum mutari* dixerint, scilicet non substantiâ, sed usu Sacramentali: an verò dicet, nostros Theologos *ignorasse*, quo sensu hanc *mutationem* ipsimet Patres explicent: (nempe, Theodoret. in Atrepto, in Asynchyto, Dialogis, Iustino, Apol. 2. Origen. lib. 8. cont: Celsum. Gelas. lib. de duabus naturis in Christo. Theophyl. in c. 26 Matth. & 6. Iohannis.) Nunquam verò probabit hanc nostrorum ignorantiam! Nos verò probamus, nostros hac allegatione Græcorum Patrum nihil aliud docere voluisse, quàm verè Christi corpus præsens esse! Testatur id *confessio Wirtembergica*. tit. de Eucharistiâ. fol. 85. *Apologia* ejusdem fol. 584. 585. D. Paulus ab Eitzen. lib. de recto & vero intellectu S. Scripturæ & Augustanæ Confessionis (è citatione D. Schlüsselburgii p. 153. lib. 2. Theol. Calv.) In decimo (ait D. Paulus ab Eitzen) articulo citantur hoc loco, in *Apologiâ*, testimonia Romanæ & Græcæ Ecclesiæ. Item Canon &c. Non, quòd asseratur, aut probetur *Transsubstantiatio*, sed ut probetur *simplici*.

A. Conf. non docet Transsubst. 23.

pliciter, Romanam & Græcam Ecclesiam semper credidisse *corporalem presentiam*. Hæc ille. Sic etiam D. Lutherus in ultimâ confessione de Cænâ, provocat ad testimonium, de *presentiâ* Christi in cœnâ, veteris Papisticæ Ecclesiæ, §. So hat man vnter dem **Babstumb** &c. Ex his jam patet, quò sensu *nostri* Græcum Canonem & Theophylactum in Apologiâ allegaverint.

(4.) Testantur idem Pontificii, fassi, hæc § II. verba Canonis Græci, (de mutatione in Sacramento) non sensu *Transsubstantiationis* posita fuisse à Philippo. Id enim bene agnovit Johan. Cochlæus §. 8. adductus.

Et Petrus Anshachius, in Antithesibus, oppositis Augustanæ Confessionis, Francofurti ad Oderam excusis (citante D. Schlüsselburg. lib. 2. Theol. Calvinistic.) pag. 14. Der Behende Artickel vom Hochwirdigen Sacrament des Altars &c. Grosse Sophistery brauchen die Lutherischen Redener in diesem Artickel / in deme / daß sie so schlecht sagen / daß im Nachtmal des H. Erren werde der ware Leib vnd Blut Christi gegeben &c. Daß sie nicht glauben / daß es nach aller Christlicher Meinung

B 3

nung

24. *A. C. art: X. non docet Trans-*
nung vnd Glauben ein Sacrament sey.
Zum andern so haben sie auch den gros-
sen Irthum gelehret/ daß im Sacrament/
wares Brot vnd Wein bleibe. Item
sie verleugnen die Concomitantz ic.

D. Iohannes Dietenberg. in freno Luthera-
norum, conscripto sub ipsis Comitibus Augusta-
nis rejicit articulum decimum, quod in eo nul-
la fiat Transubstantiationis & concomitantia
mentio.

Igitur, ipsi Pontificii fatentur, articulo de-
cimo, opinionem Pontificiam de Transubsta-
tiatione, à nostris Confessoribus an. 1530. mi-
nime doctam, aut propositam fuisse.

Quid ergò de hac *tertiâ Exceptione* judican-
dum est bonis? Hoc omninò, quod falsa sit,
nec enim *ambigua* fuit Conf. Augustana, sive
respicias nostros, sive Bucerum & quatuor Civi-
tates: sive ipsos Pontificios, quorum nulli am-
biguitatem Confessionis nostræ olfecerunt vel
accusarunt, ut ostendimus: Hodierni verò
Calviniani potuerunt? Quo jure, viderint ipsi.
Accusasse non sufficit, decuit probasse, quod D.
non fecit.

§12. (7) IV. Exceptio. *Suspensione à se invicem dis-*
juncti non sunt alieni ab Augustanâ Confessione:
Atqui protestantes Principes & quatuor Civi-
tes à

les à se invicem suspicione sunt segregati: Ergo non sunt alieni ab Augustanâ Confessione. Minorem exponit, quia Lutherani suspecti fuerant Trás- substantiationis Pontificiæ: Zwingliani, Anabaptisticæ sententiæ de nudis signis in S. Cænâ. Sic quoq; Adm. Neostad. p. 187. §. Apparet hinc.

Respondeo (1.) *Negando Minorem*: Non enim suspicionibus & conjecturis nostri, neq; Zwingliani, neq; Tetrapolitani ducebantur, sed totis, quod ajunt, castris à se invicem dissidebant. Tentata enim fuerat anno 29. superiore concordia, non verò consummata cum Zwinglio in Colloquio Marpurgensi, remanente ardua controversia, nempe de Cænâ Domini, Vide Tom: 4: Jen: fol: 468. Histor: Aug. Confess. p. 132. Paræus p. 82. Irenici c. 16. An hoc est suspicionibus solum duci? Deinde supra diximus, Lutheranas Ecclesias non potuisse eo tempore in suspensionem adduci, nomine erroris Transubstantiationis. Eum enim Lutherus satis exploserat in scriptis, partim contra Pontificios, partim contra Zwinglianos editis. Zwinglianos verò *nuda signa relinquere* in Sacramentis, tam diu credimus, quantisper non refutant solide, Socinistas in controversiâ de Baptismo & Cænâ Domini, omnia ferme sua è Zwinglio mutuantes. Videat Lector. Socin:

(2.) *Verè ergo Zwingliani eo tempore separati*

parati erant à protestantibus, ut fusiùs ostendi
constantis assertionis §. 66. p. 113. seq.

§ 13. Atque sic corrui t denuò hæc exceptio. (3.)
Quin etiam *Sleidanus* diserte testatur lib. 7. fol.
109. Edit. Gen. *Svebicas Civitates non idem, quod*
Saxonicas, de Cæna Domini docuisse & sensisse.
Non ait *suspicione tantum distractos* esse utrosq;
sed aliud, non idem, sensisse. Hinc factum ut
Typographus historiae Sleidani *Geneven.* Tho-
mas Corteau 1579. & Theodosius Rihelius *Ar-*
gentinensis, Confessionem illam 4. Civitatum,
expresso ad marginem nomine Zwinglianam vo-
caverit: *Genevensis* pag. 109. *Zwinglianorum*
(scribit) *Confessio* pag. 115. *Confutatio Do-*
ctrinae Zwinglianorum p. 131. *Concordia in-*
ter Zwingianos & Lutheranos. Argentinensis
verò p. 187. *Civitates Confessionem suam scri-*
ptam exhibent Zwinglianam p. 226. *Zwinglia-*
ni dogma suum interpretantur & Lutheranis sa-
tisfaciunt. Hæc ille.

Quæ itaq; Ecclesiæ totis dogmatibus à se in-
vicem dissidebant, eæ non nudis suspicionib;
distractæ tunc temporis fuere. Istæ verò erant
Ecclesiæ Lutheranae & Zwinglianae.

§ 14. Adde, quod Elector Saxoniae *Johannes*, nul-
lum, neq; consensus in doctrinâ, neq; foederis
politici commercium cum *Helvetiis* inire vo-
luerit, ob eum, quem de S. Coena fovebant, er-
rorem.

rorem Zwingliani, quod diserte Sleidanus fatetur lib. 8. fol. 125. §. *Cum ex Nassobii &c. §. de Helvetiis.* An existimas, vanis suspicionibus solum Electorem ductum fuisse? Sed nec ipsi Theologi suspicionibus ducti, quin potius diserte Zwingliano errori contradixerunt. Testis est *Erhardus Snepsius* qui & his Comitibus interfuit Augustæ. Is sic in *Confessione* sua: *Nemo* (ait) *tum eorum omnium, qui Confessioni Augustanæ adjuncti & in hunc deliberantium congressum admisi erant, cum Zwinglianis sensit.* Nemo sensit, ait Snepsius: non ait: suspitione solum utrinque Theologos laborasse. Idem docet *historia Philippi*, qui diserte rejecerat *Sacramentariorum* errorem, Hospiniano ipso non diffidente, part. 2. hist. Sacrament. Zwinglium mente captum esse judicaverat Philippus, in *Epistola ad Lutherum*. Similia Philippi de Zwinglianis judicia extant in *libello de sententiis Patrum, Friderico Myconio* inscripto. In *Epistola ad Martinum Gorlitium, Pastorem Brunswicensem*...

(5.) Imò Zwinglius ipse animadvertit, non suspitione, sed certâ se potius duci sententiâ, qua fiat, ut non amplectatur Augustanam Confessionem, propria Cæsari exhibita. Calvinus insuper scribit, *Philippum* poenituisse Confessionis Augustanæ. *Epist. 313.* Edit. Lausanensis. An de nuda suspitione? Exsucca ergo quam est hæc quarta exceptio? B5 V.Ex-

28. *Schweinfurti non sunt*

§ 15 V. Exceptio. *Quæ Ecclesiæ coaluerunt di-*
stinctis vicibus in concordiam fidei, ea non sunt
aliena ab Augustanâ Confessione: Atqui Zwin-
gliana Ecclesiæ cum Lutheranis coaluerunt distin-
ctis vicibus, in unam fidei concordiam. E. Mi-
norem probat inductione 1. Consensus Schwein-
furtensis 1532. Idem urget Admon. Neostad. p.
187. §. Circa idem. 2

2. *Concordiæ Witteb. 1536 3*

3. *Consensus Smalcaldici 1537, In quo etiam*
Helvicæ Eccl: sint exceptæ & pax sancita. 4

Respond. 1. *In Consensu Schweinfurtensi re-*
cepti sunt Argentoratenses, à Zwinglii errore re-
versi, testis est Sleidanus, qui sic lib. 8. p. 131.
Hist. Aug. Confess ad annum 1532. Iis, qui de
scenâ Domini & Baptismo secus docent, quam ha-
bet ipsorum scriptum, Augustæ exhibitum, mini-
mè se jungant. &c.

(2.) *Jussi sunt protestantes, nihil mutare in*
exhibita anno 30. Confessione. Testis iterum
Sleidanus lib. 8. p. 128. b. 129. a. & Zwinglianos
excludere, §. ut præter scriptum illud &c. (3.)
Ipsè etiam Lutherus monuit Marchionem Bran-
deburgensem de nō recipiendis in foedus Zwin-
glianis. Testis est ipse Rodolphus Hospin. fol. 127.
hist. Sacr. part. 2. Falsum ergo est Zwinglia-
nos receptos fuisse Schweinfurti: non enim
sunt recepti, neq; in fidei, neq; in fœderis ul-
lata

lam societatem, ut docebimus §. 16. Concor-
 dia Wittebergensis verò non est (1.) *recepta*. §16.
 neq; constanter servata ab *Helvetis*. Testis est
Labatherus pag. 28. b. part: 2. *hist. Sacram.*
Hospin. fol. 160. a. *hist. Sacram:* & obscuritatis
 accusata ab iisdem, & loco ejus *Basiliensis Con-*
fessio Luthero missa est. (2.) Helvetii anno se-
 quenti Lutheri scripta, ut *Papistica* damnave-
 runt Hosp. l. d. Quin etiam Petr Martyr, Ar-
 gentinæ rogatus, ut Formulæ concordie Wit-
 tembergensis subscriberet, noluit & hunc in-
 modum respondit: *Se huic* (Formulæ Concor-
 diæ) *non subscripsisse, quod per VERBUM DEI*
& CONSCIENTIAM dare nequeat, destitutos vera
fide, percipiendo Sacramenta, corpus Christi sume-
re, ut refert ipse Josias Simlerus, orat. de vitâ
& obitu Pet. Martyris, præfixâ Locis comm.
ejusdem Martyris, Edit. Heidelb. 1622. Et Rod.
Hospinianus ad annum 1556. part. 2. hist. Sa-
crament. (3.) Quin etiam Bucerus & Capito
 Augustanam Confessionem amplexi sunt, non
 contrâ nostri, Zwinglii sententiam. Cũ (ajunt)
profiteantur omnes, se juxta confessionem & apo-
logiam Principum, Evangelium profitentium, in
omnibus articulis sentire & docere velle, maxi-
mè cupimus, sanciri & constitui concordiam &c.
 subscript: p. 270. *Consil. Theol.* p. 37. Philipp.
 Itaq; hinc conficitur, concordia hac Witteber-
 B 6 genſi,

30. *Form. concord. conv. Smalcald.*

genſi, nihil pro iſtâ communionẽ Auguſtanæ Confessionis obtineri, quia ab eâ deſciverunt maxima pars Zwinglianorum, eiq; aſſentiri noluerunt. Itaq; hæc nihil ad rhombum. Quod ſi quis ad ea, quæ de hac Formula concordia dixi, pluribus excipere velit, noverit, ad Hoſpiniani plicas à Dn D. Conr: Dieterico erudite jam reſponſum eſſe, Diſput. pecuculari de Form. Conc. Gieſſæ 1614. habitâ, ad quam Lectorem remitto. D. Sigwardo p. 219. 220. contra Irenic. D. Paræi. *Historia Auguſtanæ Confessionis ad annum 1536.*

§17. In Conventu Smalcaldico 1537. receptos eſſe Zwinglianos, dicit D. & Sohnius pag. 3. Tom. 2. operum. Reſpond. (1.) *negat Philippus, testans ſe Bucerum & Blaurerum ad Aug. Confessionem 1530. exhibitam vel formulam Concordia, in illâ fundatam remiſiſſe. Verba Philippi hæc ſunt: Principes diſertè teſtati ſunt, ſe formulam Concordia conſervaturos eſſe &c. dixit Bucerus planè & clarè affirmans præſentiam Chriſti, ſatisfecit noſtris omnibus etiam, qui ſunt duriores. Blaurerus generalia ſic ſatis, ad eſſe Chriſtum: Poſtea quædam addidit ambigua. Oſiander urgebat eum paulò acriùs, interpellavi diſputantem. Hæc Philippus.*

(2.) *Negant Orthodoxi Theologi, ibidem congregati: ut Bugenhagen. Urban: Regius. Nicolæ*

non sunt recepti Zwingliani. 310

colaus Ambsdorf Spalatin: Osiander. Vitus Dieter. quomodo probabis ab his Zwinglianos receptos esse, quos iidem scriptis Elencticis insectati sunt? (3.) Negant verba illius Conventus diferta de Coenâ à Luthero formata, & Zwinglianis opposita, e diametro, idq; ideò, quia Zwingliani, jam tum sub formula concordie Wittebergensis, irrepere moliebantur, quod fatetur D. Morlinus (disp. 5. in Conv: Brunswic:) se ex Philippo ipso audivisse. Sed hanc Exceptionem latius discussimus in Const. aff. §. 94. 95. 59.

VI. Exceptio. Quicumq; amplectuntur Confessionem Augustanam non privata autoritate Philippi, sed publica statuum emendatam 1540. ii non sunt alieni ab August. Confessione: Atqui Zwingliano-Calviniani eam amplectuntur Confessionem, qua nō privata autoritate Philippi mutata est, sed publica E. Minorem probat sex rationibus; ad singulas respondebimus. § 180

Ratio I. Juxta Witteberg. Concordiam mutata est Confessio. Et ejus verba in hanc inserta. E. publica autoritate mutata est Confessio. R. Nego consequentiam (1.) Nam & in cassum 1. Wittebergensis Concordia, quæ nihil ad Calvinianos, objicitur, quod ostendimus. Except. V. præced. §. 16. (2.) Philippus hoc proprio ausu fecit: ut ostendimus Constant: Assert. §. 17. iis:

B 7

ratio.

32. *Zwing: non recepti Worm:*

rationibus, quæ nondum refutatae sunt. (3.)
Nec potuit nec debuit ex *privatâ* Theologo-
rum *concordiâ*, symbolum publicum mutari,
quod fuse ostendimus constantis Assertionis
§. 34. seq. (4.) Itaq; nulla est connexio in hac
prima ratione, non ratione, nullaq; *συνέχεια*.
Nam, quod Philippus mutasse dicitur, conscio
Luthero & Principibus, Augustanam Confes-
sionem, tantisper falsum nobis erit, donec ar-
gumenta mea, Constant: assert. vern. addu-
cta, refutentur: quæ ipsa tamen non refuta-
vit D, sed *principium* petiit.

§19. D. 2. *Ratio: In Colloquio Wormatiensi rece-
pta est hac mutata Confessio. nec ob eam Philippus
acusatus. Sic Sohnius Tom. 2. oper. p. 3. Re-
spondeo (1.) falsa omnia, ut ostendi Const. As-
sertionis §. 95. 96. 97. demonst. XV. p. 264.
Neq; enim mutata Confessio est approbata, (neq;
Philippi audacia, mutantis eam, non est accu-
sata publicè) Etenim D. Eckius Philippo non
frigidè exprobravit exemplarium mutatio-
nem, Augustanæ Conf. quod acta Wormatien-
sia testantur. Tom. 4. Operum Philippi, post
Philippi mortem edita. Et liber vernaculus,
eui titulus *Alle Handlung / so sich zu
Wormb &c. vivente Philippo editus.*) Testa-
tur quoq; ipse Philippus his verbis, non varia-
tam, sed anno 1530, exhibitam Confessionem.*

rece-

receptam esse pag. 486. in Epist. Nos amplecti scripta Prophetica & Apostolica symbola, & sentire eam doctrinam comprehensam esse in Confessione nostra, Augustæ exhibita Carolo V. Imperatori 1530. & ab ea Confessione nos nec discedere, nec discessuros esse, & rejicere omnes sectas & opiniones pugnantes cum eâ Confessione, nominatim Anabaptistas & Sacramentorum depravatores, Serbetum, Schwensfeldam &c. Falsa igitur secunda quoq; ratio.

3. Ratio. ¶ Quia variata A. C. est à Luthero § 20
approbata an 1541. in Epist. ad Fridericum Electorem Tom. 7. Tenens p. 165. 166. Respond. (1) Manifestum in eâ Epist. alleganda crimen falsi, commissum esse, ostendi, in Assert. Constant. vernacul. demonst. XVI. s. 117. p. 205. 206. p. 165. 166. Demonst. XV. Hoc eluat prius D. quam sibi fidem haberi cupiat. (2.) Protestantes diserte se retulerunt ad eam Confessionem, quæ Cæsar. Majestati 1530. exhibita erat. Verba hæc sunt lib. Alle Handlung ic. so sich zu Wormbs vnd Regensp ic. 1542. zu Wittenb. gedruckt in 4. for: p. 114. cum præf. Melanth. Wir zeugen abermal an/das wir die Confession zu Augsburg E. R. M. überantwortet / sambt angehengter Apologia (die wir nicht anders

34. *In Conv. Ratisp. restituta A. C.*
ders denn für eine Erklärung der Con-
fession anziehen) halten &c. In Colloquio
quoq; Ratisbon. *status* protestantes graviter,
articuli X restitutionem urserunt, cum ejus mu-
tationem D. Eckius accusasset, (vide. p. 130.
N:ler handlung.) Sic a. sonant D. Eccii. verba.
Belangend die ungleichheit der Exem-
plar/wiewol ich Philippi Antwort leicht-
lich verlegen könnte/ vñnd anzeigen/ daß
nicht alleine in Worten/ sondern in der
Meinung verenderung der Confession
geschehen: sonst hette man zu Augspurg
nicht dürffen vom Wort Verdienst
streiten. Welches wort sie die zeit ver-
worfen: doch vmb kürze willen spare
ich solches auff die folgende Artikel / da
wil ich solches klar machen. Als Artikel
X.] Huc usq; D. Eccius, & Philippi excusatio-
nem (qui dixerat in sensu ipso nõ mutata esse,
saltem in verbis, A. Confessionem, p. 130.
dicto libro.) elidens, & se promptum offerens
ad ostendendam in sententiis ipsis Aug. Con-
fessionis, à priori editione. diversis differenti-
am. Itaq; Philippus restitutionem Augustanæ
Conf. facto ipso *prestavit* & publice & solenni-
ter:

ter, duobus illis, quæ superiori anno mutilaverat, membris restitutis, nempe (1.) *adsint & distribuantur.* (2.) *Et improbant secus docentes.* Sic enim Philippus ipse testatur Tom. 4. Oper. fol. 76 Edit. Witteb. quanquam editor Operum Philippi, secundum hist. August. Conf. ad hunc annum (5.) membrum (*improbant secus docentes*) in illis omiserit & multa alia verba, *substantialem Corporis Christi presentiam* in Coenâ stabilita, ut patet ex collatione libri *Aller Handlung &c.* modo allegati p. 74. NB. Nam *hæc sequentia* (*Wie auch Hilarius spricht: Nach des H. Erren Wort vund vnserem Glauben ist war Fleisch vund war Blut / vnd dieses so man isset vnd trincket / machet / daß Christus in vns ist vnd wir in Christo / darumb ist Christus gegenwertig vñ ist kräftig in den Diefenden.*) *omnia omisit.* Constat insuper ex Sledani lib. 13. Protestantes in Augustana Confessione, ante aliquot annos exhibita, acquiescisse. Idem quoq; in Conventu Haganoënsi factum esse, disertis iterum verbis fatetur Sledanus §. cum *Protestantes colloq. &c.*

Itaque, cum D. in hac tertia ratione, incautus falsum comittat, & contra historiam ipsam, atq; Philippi publicam restitutionem Augusta-

næ Confes: pugnet, & corruptis, hac in parte, Philippi operibus fidat, qui non videt, eum, hac suâ ratione infeliciter pugnasse, nec quicquam obtinuisse.

§21. 1 4. *Ratio. Quia repetitio Philippi, emendata & Confessioni August: ex asse respondens, an. 1551. Bernaculâ linguâ edita 1555 Wittemb. in 4. formâ Latinâ, apud Philippum Tom. 1. Oper. Syntagma Conf: p. 67. probata est à Saxon: Misnicis, & aliis provinciis, etiam Acad: Grypswalden. & corpori doctrina Philippi inserta est.* Sic quoq; *Hospin. ad an: Christi 1551. part: 2. hist. Sacram.*

Respond. (1.) Hæc identidem explosa est ratio constanti Assert: § 106. p. 189. in defens: pupillæ Saxon. c. 24. (2.) Ostendi etiam, falsum esse, & impertinens, quod de Academia Gryphswaldensi asserit D. Constant: Assert: p. 210. §. 119. Demonst: 16 Ex falsis nihil probatur, cum ne quidem sint. Equidem simplicitate pia & Christiana Academ. Gryphswaldensem, ductam fuisse, atq; in sensu omninò Lutherano (cum nihil aliud de Philippo constaret) Repetitione ejusdem approbasse, docet evidenter ejusdem Academiae Epistola ad Theologos Wittenbergenses data, quæ extat lib: 3. Hist. Eccl. Dn. D. Cramerii. Theologi de Eccl. Christi bene meriti, Præceptoris & affinis mei in Christo honorandi fol. 20, 21. Eadem simplicitate etiam D. Wiganus Repetitioni Philippi subscripserat, nempe
igno-

ignorans, Philippum cum Calvino colludere, quod ipse Wigand. D. Bened: **Morgenstern**/ coram rogat^o respondit, ut refert B. **Morgenstern**; p. 243. Tract. de Eccl. Itaq; huic *candidae simplicitati* nil quicquam præjudicare debet hoc, quod Calviniani hanc *Repetitionem* in sua patrociniū sententiæ adducere laborent. Observandam etiam in hac repetitione, articulum X.A.C. luculenter his verbis (n.b.) positū esse: Die Leute sind vnterrichtet/das in dieser **Messung**/ die der **Herr Christus** eingesetzt hat/ er selb wesentlich gegenwertig sey **X. ult.** In dieser **Messung** ist er gegenwertig wesentlich. Quin imò in *prefat.* *eiusdem repetitionis* diserte dicitur: Es werde treulich v. einfeltig wiederholet die **Summe der Lehre**/ die in den jenigen Kirchen/ so **H. Lutheri Bekenuß**/ welches **an: 1530.** **Kayser Carln zu Augßburg** übergeben/ annehmen geführet werde. Nur das man etliches mit mehren außführet. hoc est: simpliciter & fideliter repeti summam doctrinæ, quæ Lutheri, quæ Augustæ 1530. exhibitæ Confessionis sit: inquit Philippus ipse fol. 233. corporis. Edit. Lips. 1560. in folio. Qua

38. *Repetitio Phil. non est approbata*

Qua ergò consequentia. aliquid hic elicies, pro approbata variata Confessione? cui commento, ipsa repetitio verbis claris & disertis, scopus quoq; *Saxonici Electoris* & aliorum Statum planè contradicit? Annon hoc est *fallacia interpretationis* ludere? Quin imò hoc *retorquemus*, quod ea ipsa repetitio Philippi, (postquam nostri senserunt flexiloquum Philippi stylum) à Principibus *rejeſta ſit*, neq; ad Concilium Tridentinum miſſa, ſed *alia* potiùs, a D. Brentio conſcripta eſt confeſſio, quæ Tridenti exhibita eſt, luculentior & planior, an: 1552. 24. Januar. ut teſtatur B. *Morgenſtern*: p. 341. de Eccleſia. E. *Keuſn* ad annum 1551. ſeq. Confefſio Illuſtris: Ducis Wirtemb. Tom: 1. fol. 1. edit. 1561. *Sledan*. lib. 23. *Syntagma* Confefſ. pag. 157.

Itaq; repetitio Philippi *rejeſta eſt*: Ergo nõ *approbata*. Adde etiam *Lutheranas* Eccleſias publice contra *conſenſum* illum Calvinistarum proteſtatas eſſe. Nam cum Calvinus defenſionem ſuam ſecundam, contra Weſtphalum Eccleſiis Saxonice inſcripſiſſet, anno quinquageſimo ſexto ſupra ſeſquimilleſimum, Magdeburgenſes Confefſionem fidei Eccleſiarum Saxonicarum ediderunt & Calvino reſponderunt, qui ſuperiori anno librum ſuum eis diſcaverat. Nec minùs in celebri Hamburgà Jo-
han-

hannes Bötkerus, anno 1557. contra sententiam, de cæna Calvinianam, librum scripsit. Anno quoq; 1552. 1553. Westphalus idem Calvini opinionem rejecit (teste Hospin. ad hos annos) 1553. Angli Calviniani regnò Daniæ excedere jubentur: (Hospin. ad hunc annum) Item Vismariâ, Lubecâ, Hamburgâ, 1554. Westphalus denuò collegit sententias Augustini &c. contra Sacramentarios. Calvinus verò an. 1555. contra Westphalum defensionem publicavit, etiam Bullingerus 1556. eodem anno Ochinus & Calvinus contra Westphalum. Eodem anno Alberus contra Sacramentarios scripsit: & Calvinus ut Zwinglianus rejectus fuit Francofurti. Hospin. ad h. annum, Nec minus: anno 1557. Calviniano dogmatà nostris contradictum fuit, ut refert Hospinianus ipse ad hunc annu, part. 2. hist. Sacram. Unde sic arguimus: *Calviniana opinioni de S. Cænâ Domini, inde ab an. 1551, usq; ad 1558 semper nostri contradixerunt: Ergo nunquam sententiam Repetitionis Philippi amplexi sunt. Firma hæc est consequentia: Vel si non est, infirma tu!* Falsum ergo est effatum D. quod Repetitio Philippi à Saxonis approbata sit.

(3.) Corpus verò doctrinæ Philippi, particularis liber est, non Symbolicus, sed astu Calvinisequarum privatâ autoritate interpolatus
bis

40. *A. Conf. rejecta à Calv:*

bis uno anno & introductus, ut ostendi Const: assertion: p. 215. 216. Nullius ergo teruncii est ratio desumpta ex hoc corpore, pro hujus sententiæ phantasmate.

(4.) Quid? quod D. dum conciliare studet Repetitionem Philippi, cum August. Confessione, eo ipso, se cum Calvinianis *planè separat* à Confessione illa, quæ 1530. Cæsari Augustæ exhibita est: Nam refert D. Chytræus in Chronic. anni 1595. ad 99. sub finem; Thorunii, in Borussia, congregatos Litvanos & Polonos Ministros & Patronos expressè, quoad doctrinam de Coenâ *ea bis se*, ut juxta præscriptum Augustanæ Conf. non Augustæ 1530. sed Concilio Tridentino, 1552. exhibendæ doceatur; alioquin contra facientes, non habendos pro *fratribus*, nec in Ecclesiis regni Polonici Evāgelicis tolerandos. Ex quo satis apparet, invariata C. August. rejici à Reformatis.

5. Ratio. Quia p̄ 1558. *doctrinæ August. Conf. variata, recepta su. & formula (sub specie panis) rejecta, in German. prima editione extans.* Respond. (1.) Falsa omnia, ut ostendi Const: Assert. Demonst. 15. p. 99. 100. 101. 173. 174. seq. ubi ex Recessibus imperii publicis ostendimus, Status protestantes diserte A. Confessionem invariata repetivisse & ejusdem literam urssisse. An hæc ignota sunt? (2.) Cur verò præterit annum quinquagesimum septimum. quo Philip-

Philippus sub finem Colloquii Wormatiensis Zwinglium & dogma ejusdem manu propria damnavit & expresse rejecit, quod testatur Lavatherus his verbis: *Hoc anno (1557.) Wormatiæ indictum est colloquium inter Lutheranos & Papistas, cujus magna fuit expectatio. Quidam Lutheranorum voluerunt contra Zwinglianos & nonnullos alios decreta facere, priusquam de aliis controversiis quicquam cum Pontificiis agerent. Alij verò qui moderatores erant, multis rationibus adducti obsistebant. Facta itaq; est separatio &c. Ne tamen moderatores illi (nempe Philippus & socii) accusari possent, quod & ipsi Zwingliani essent, capita quaedam conscripserunt, in quibus nominatim Zwinglium rejiciunt. Ex his elicitor, variatam in Zwinglianorum gratiam Confessionem eo tempore receptam non esse, eoq; anno. Multò minus sequentè anno recepta fuisse dicendâ, quantisper contrarium non probatur. Quicquid etiam contrâ neget Hospinianus ad hunc annum, asserens, Zwinglianos non condemnatos esse. Ergo nec quinta hæc ratio bene ratiocinatur, sed male, quia falsis hypothefibus superædificata fuit.*

6. Ratio. *Quia Naumburg. 1561. eadem Confessio probata sit. Sohnius p. 3. Tom. 2 oper: & § 234 Dn. D. Respond. (1.) Falsa omnia. Vide Const: assert. Demonstr. 15. § 103. 104. 105 p. 183. 185. (2) Ibi.*

42. *Philip. Conf. Naumb. rejecta.*

(2.) Ibidem Naumburgi, *reclamatum est* Confessionem variatam à Philippo. Primò, ab Electore Saxon. Augusto, his verbis: *Non possum celare charitatem vestram, mihi de nulla alia confessione Augustanâ constare, quam de illâ, quæ* *Cæs. Majestati in Comitibus August: 1530. per Electorem Iohannem felicis memoriae, Hassiæ Landgrabium & alios paucos principes, comites atque urbes exhibitâ est. Item, In hac, Domino me clementer adjuvante, constanter perseverare eandemque publicè profiteri constitui* Hist. Augustanæ Confess: p. 662. Secundò, Protestantes in literis ad D. Ferdinandum Imperatorem, expressè provocant ad Confessionem 1530. exhibitam (Etsi 1540. 1542. eadem Confessio latius sit explicata & aucta:) quam juxta quoq; ordinationes Ecclesiasticæ constitutæ sint: neq; in fide suâ quicquam mutare voluisse, vel in doctrinâ, sanctissime iidem protestantur: Verba eorum hæc sunt: *Wir haben nicht vnterlassen dieselbe Confession / wie die hernachmals / bald nach solchem gehaltenem Reichstage zu Wittemberg / im 31. Jahre / der weniger zahl / in Teutscher vnd Lateinischer Sprachen getruckt / publiciret / vnd die Kirchenordnung darauff angestellet vnd reformiret worden / abermal*

malß für die hand zu nehmen vnd zu er-
sehen. *rc.* Damit *S. R. M.* vnd män-
niglichen darauß außdrücklich mit wer-
cke zu spüren vnd zu befinden habe/ daß
vnsere Gemüt vnd Meinung nicht sey/
einige andere / oder newe vngegründete
Lehr zu verkündigen oder außzubreiten.
Nach dem wir denn solche offte ermelte
Confession / durch gezeugniß der vn-
wandelbaren Wahrheit / *rc.* gegründet be-
funden / so haben wir auch dieselbe
nachmals von newen *subscribiret* / ange-
nommen vnd beliebet. Es ist auch vnsere
Herz / Gemüt vnd endliche Meinung /
daß wir dabey / vermittels Göttlicher
Werley / bestendiglich wollen verharren
vnd bleiben. *Hæc Status & Principes: ex qui-
bus clarissime colligitur, eo snon variatam il-
lam, sed an. 1530. exhibitam Confessionem ap-
probasse, juxta quam etiam ordinationes Ec-
clesiasticæ constitutæ sunt: quæq; anno 31. post
sesquimillesimum Wittembergæ edita est, &
quæ nova non est. Omnia verò hæc prædicata
uni soli invariata Confes: Augustanæ compe-
tunt. Unam ergo & solam invariata Confes-*
C sionem

44. *non probat variatam A. C.*

sionem protestantes in Conventu Naumburgensi amplexi sunt. Et quanvis expressè variatam Confessionem non rejecerint, nunquam tamen approbare voluerunt Calvinianam de Coenâ doctrinam, de quo proposito suo fuse testantur in Præfatione Formulæ Concord. cujus verba adduxi p. 184. Constant. Assertionis.

(3.) *Eadem variata Confessio exclusa est à Wolffgango Principe Anhaltino, Henrico & Guilelmo Principibus Lunæburgicis: Senatu Norimbergico, aliisque Statibus & Principibus Formulam Concordiæ postea approbantibus, anno 1580. Sed hæc fusiùs, loco ante allegato, à nobis demonstrata sunt, & contraria argumenta falsitatis convicta. Itaque falsa est & sexta ratio atque exceptio.*

§24 VII. Exceptio. *Illi non sunt alieni ab Aug. Confessione, qui docent hoc dogma, quod non est in Augustanâ Confessione. Atqui ij sunt Calviniani. E. Minorem probat: Nam in Aug. Conf. non docetur oralis manducatio, piis impiisque pariter communis.*

¶ Respond. Imò docetur, quod probo (1.) *ex historiâ illorum temporum, quibus notorium erat, quidnam Lutherana Ecclesiæ sentirent de hac manducatione: Id enim ex scriptis Lutheri contra Zwinglianos, hanc ipsam negantes, & aliorum, patebat luculenter.*

(2.)

(2.) *A verbis generalibus* decimi articuli, quæ de dignis & indignis & scripta sunt & intellecta.

(3.) *A testimonio admonitionis* Neostad: Ea enim testatur, *oralem manducationem* in Aug: Confess: propositam fuisse, atq; ideò Zwinglianos ab ejus subscriptione abhorruisse p. 186. Verba ejus hæc sunt: *Nihil videmus, quod desit, nisi quod non expressè dixit: Corpus Christi non edi oraliter* Ergò desiderant hoc in Augustanâ Confessione Calviniani, quod contra oralem manducationem nihil dicat: Ex eo sequitur, eandem manducationem non esse rejectam, sed approbatam.

Imò p. 188. diserte iidem Admonitio: e: fatentur, quatuor Civitates ideo Aug: Cont: non subscripsisse, quod ea oralem manducationem doceret. Verba ejus supra §. 5. Except: 1. adducta sunt. Sic quoq; Ambros: Wolfius censet p. 4. de Aug: Conf. quod illæ quatuor Civitates ideò noluerint Aug: Confessione subscribere, quod eæ à Lutheri manducatione orali dissentirent. Ergo senserunt hæc quatuor civitates, oralem manducationem vere in August. Confessione propositam esse. Quid ergo dicemus? Dicit D. *Augustana Confessio non docet oralem manducationem.* Dicit Monitorum Neostadiensium manipulus. *Augustana Confessio docet oralem manducationem.* Docet, non docet, annon contra-

46. *An Calviniani probent*

dictoria sunt? At contradicentium una pars falsa, altera vera. Dubii sumus, quem penes vera, penes quem falsa sit. Et ex dubiis audet probare D. imò, contra suos *asseverare* hoc, quod illi *negant*?

25§. VIII. Excep. Calviniani etiam in sano sensu admittunt articuli X. verba. E. non sunt alieni ab eadem A. Confessione. Antecedens expolit & declarat duobus modis, (1.) voces sub specie panis & vini declarando, (2.) presentiam Christi in cena sacra explicando.

Resp. Negamus *Majorem hanc*: Quicumq; sano sensu (quem sibi fingit) subscribit Confessionem cuiuspiam, is cum ea consentit: Nego inquam! Nam & sic Arrianus Synodo Dordr: subscriberet: Sed is demum est *socius* confessionis cuiuspiam, qui eam isto, quo autores scripserunt, sensu accipit. Hoc cum non faciant Calviniani frustra est omnis hæc de consensu vel harmonia gloriatio. En fallit fallaciã consequentis! Sicut olim etiam frustra Arriani de consensu in fide gloriabantur & voces Orthodoxorum imitabantur, dicentes: Filium vere ex Patre ante secula genitum esse &c. Socrate teste lib. 2. c. 15. hui: Eccles. interim tamen, *ἰν ὀρθοδοξία* negabant. Sic hodie Calviniani *phrases nostras* imitantur. Et tamen negant veram Christi in cena presentiam.

(2.) Vo.

(2.) Voces hæ (sub specie) orthodoxo sensu à Patribus, Augustino in sent: Prosperi, à nostris usurpatæ sunt. Vide Refut. libri Staffort: p. 249. Defens. pupillæ oculi c. 47. p. 646. & declaratæ in ipsa Apologia August. Confessionis de visibili ipso pane & vino:

Nonnunquam etiam Calvinianis ipsis frequentatæ, v. Bullingero in cap. 55. Esaiæ, Zwinglio & Oecolampadio, in coll: Marpurg. Andr. Crastobio contradicit: 28. de Euchar. Myster. Bucero non semel in scrip. Valent: Hellopæo artic: 3. cap: 8. p. 23. de tota re Sacrament:

(3.) Præsentia illa, quam docet D. cum sociis, non docetur in August: Confessione. Nam urget is, *præsentiam & communionem Christi, quæ etiam in verbo fit, & per quam Christo unimur.* Est verò hæc spiritualis solum præsentia & manducatio. In cœna verò est præsentia & manducatio *Sacramentalis*, quæ differt à *spirituali* multis modis. Etenim *Spiritualis* est (a) **26§** *omnium temporum*, cum in V, tum in N. T. (b.) nec demum in N. Testamento *instituta est* (c.) nec fit *distinctè* in pane & vino. (d.) estq; semper *salutaris*. Contra *Sacramentalis* comestio & præsentia (a.) est N. Testamenti *propria*. Hic calix est *novum Testamentum* & c. ait Salvator: (b.) à Christo post agnum paschalem *instituta*, teste historia Evangelica, (c.) fit *distinctè* in pa-

48. *An Calviniani probent*

in pane & vino, cum illo corpus solum, cum hoc sanguinem solum, accipimus & participamus. (d.) sitq; nonnunquam hominum culpa exitialis, 1. Cor. II. ad spiritualis unionis cum Christo confirmationem & obsignationem, quam recte Hilarius probat, dicens: *Hæc sumpta & hausta faciunt, ut Christus sit in nobis & nos in Christo* Ergo sumi prius oportet, quæ verò? Symbola illa sacra unâ cum materia cœlesti, quæ est corpus & sanguis Domini, non nudâ significatione, sed *exhibitione reali*, in his *terris*, (non in cœlo illo Empyreo: ut Beza, aperte docuit in Colloquio Mompelg. & Confessiones publicæ Ecclesiarum Calvinianarû.) sine ulla tamen corporis Christi affixione ad *loca terrena*, sed ejusdem, ut doni cœlestis, *substantiali & verâ exhibitione*, mediante ore, animabus nostris facta, in pane & vino, ut mediis Christi efficacibus, per quæ nobis dat vere, quod promisit Christus. Itaq; cum solum præsentiam corporis Christi spiritualem (spiritualem ajo, ratione *causæ efficientis* eam in cœlo, non in terris. Nos contra spiritualem *ratione modi* in his terris agnoscimus. Observet hoc lector benevolus!) urgeat, non illam *Sacramentalem* in his terris, quam tamen vel maxime urget Augustana Confessio: hinc manifestum est, eum *ἵς δια τῶν* ab eadem confessione.

fessione distare, & tantum *verborum prestigiis nebulasq;* (ut quondam Arianis, de quibus principio hujus paragraphi diximus) nobis objicere ad fallendum eos, qui nesciunt, quam ambiguis atq; generalibus flexiloquisq; phrasibus suum de negata corporis Christi in coena praesentia, ex monito Buceri, soleant, errorem interpolare Reformati Doctores. Qui verò palliat solum errorem atq; incrustat, Aug. Confessione è diametro contrarium, an is eidem assentiri dicendus est? Judicent cordati. Nos sumus parati ad luculenter *demonstrandum* hoc, Calvinianos veram corporis Christi in his terris praesentiam, minime credere, quam tamen credit August: Confessio. Quae ergo haec est de consensu cum Aug Confessione gloriatio vestra? vana est, falsa est.

IX. Exceptio. (a) *Illi non sunt alieni ab Aug. 27 Confessione, qui in caeteris ejus articulis consentiunt. Ii vero sunt Reformati. E. Minorem probat (1.) Ex colloquio Marpurgensi. Sic etiam D. Fabr. p. 861. contra Colet part: 2. Apol. Vern.* §

(2.) *Ex libris Reformatorum, consensum huc ostendentibus, ut D. Fabricii *kurz bericht was die re. D. Crocii contra D. Menz: Apol:** β

(3.) *Ex colloquio Lipsensi 1531. habito.* γ

Resp. (1) *In colloquio Marpurgensi consensus minime firmatus est inter Zwingl: & Luth:* δ

C4

(cum

50. *Colloquium Marpurg.*

Cum ille ab hoc ne lachrymis quidem fraterni-
tatem impetrare potuerit, Histor. Aug, Conf.
fol: 132. Philippus in Epist: ad Johan: Elect:
Saxon. sed potius Zwinglius eò redactus est,
ut cum sociis suos errores *recantaverit*, teste
Luthero Tom: 4. Jenensi, fol: 467. a. b. Philip:
in descript: hujus colloquii adeoq: Lutherum
secutus sit: Mansit tamen dissensio de coenâ in-
ter Lutherum & Zwinglium, tanti à Luthero
facta, ut mortem, cum Zwinglii, tum etiam
Oecolampadii ægerrime tulerit: Vide Tom: 8.
Jenensi fol. 174. b. De præstandâ invicem dile-
ctione convenerat quidem inter partes, sed ad-
dictâ clausula *Quantum per conscientiam cu-
jusq: fieri posset*. Vide Tom. 4. Jenens. fol. 470.
& fatentem ipsum D. Paræum p. 95. Irenici sũ.
Hospin: part. 2. hist. Sacram. Ea de causa non
fuit ibi plenus firmatus consensus, cum Zwin-
glius fraternitatem à Luthero non obtinuerit,
teste Luthero ipso in Epist: ad Jacobum præ-
positum L. Pastorem Eccl. Brem. imò teste ipso
Paræo, qui p. 281. Irenici ideo Lutheri *affectũ*
accusat, negantis scilicet Zwinglio fraternita-
tem, quo tanquam unius hominis affectu, non
stare oporteat Ecclesiam aut perire. Si consensus
ibi factus est, cur ergo accusat Lutherum Pa-
ræus? cur testatur Hospinianus, Zwinglium,
fraternitatem non potuisse à Luthero impetra-
re? fol

re? fol. 79. b. part: 2. hist: Sacram: Cur Philip-
 pus scribit (fol. 81. a. d. l.) exceptum fuisse
 hunc, de præsentia Domini in cæna articulum?
 Epistola ad Elect: Saxon. pro fratribus Zwin-
 glium & socios agnitos non esse? Idem Philip-
 pus Epist. ad Henric. Saxon: Ducem (fol. 82. a.
 ibid apud Hospinianum)

(2.) Neq; D. Fabricius, neq; Crocius hoc osten-
 derunt. Huic quidem obviavit D. Mentzerus,
 ejusq; Crocii Apologeticum plane exossavit.
 Illi verò facile fatisset, si consideremus, hunc
 D. Fabricium, generalia pleraq; solum capita fi-
 dei, terminis generalibus tetigisse, & controver-
 sias maxima ex parte sicco pede præterisse, id-
 que ipsi consilii fuisse, ut incautas hominum
 mentes lenocinio verborum generalium in suas
 partes pertraheret. Quod consilium ipsemet
 luculenter explicat. his verbis d. l. pag. 133.
 In erklerung eines jeden Artickels der
 Christlichen Lehr/so vtel iñer seyn möch-
 te / (sol man) sich solcher Wörter vñnd
 phrasum oder art zu reden gebrauchen/
 der sich der H. Geist in den Schrifften
 der Propheten vñnd Aposteln aebrauchet
 hat ic. Confer p. 147. ibid. Ex quibus hoc col-
 ligimus, non posse scilicet eum A. Confessionem
 addictum esse, qui solum sub vocabulis generali-

bus delitescit, & sub his opiniones suas occulit. Quod verò D. *Fabricius* plane alienus fuerit ab August. Conf. §: 36. luculenter ostendam infra: Falsum itaq; est quod intenditur à D.

§. 28

3. De *Colloquio Lipsensi* rumorem narrat natum in cerebris Calvinianorum, qui nihil probat. Nam de nullo capite fidei ibi transactum est vel *convenit*, inter nos Lutheranos Calvinianosque, quod *Excell: Theol. Dn. D. Henricus Hopffnerus*, præceptor meus in Christo venerandus, coram mihi, de hoc *conventu sciscitanti*, eodem anno, mense *Majo* retulit: quicq; ejus conventus non infima pars aut interlocutor fuit. An est Theologi, nisi incertis rumoribus in tanta causæ gravitate? Posito verò, (non concesso) conventum de reliquis fidei articulis fuisse: tamen fatetur D. quod in tribus præcipuis, de Christi personâ, prædestinatione, & coenâ Domini, capitibus, inter istos, quos dixit D. Theologos, non sit *conventum*. Ex quo sic *arguimus*: Illi non sunt socii August. Conf. qui ab eadem, quoad tria præcipua capita, discedunt. Major est per se manifesta: Sicut nec Arminianus potest esse Synodi Dordrechtanæ & Confessionis socius, si ab eâ in tribus capitibus discedat. Atqui Calviniani disident adhuc ab August. Conf. in tribus capitibus fidei principalibus: (vel dices Saxonicos Theologos Lip-

gos Lip-

gos Lipsiæ coactos, non tenere, qui sint Aug. Confessionis articuli?) E Calviniani non sunt socii August. Confessionis. Itaq; dum ad colloquium Lipsense provocat D. nihil proficiens, causam suam suffocat, τοῖς Ἰησοῦ τοῖς λογοποιοῖς assentiens.

X. Exceptio. Reformatis dogmata quadam § 29 affinguntur. v. Deum esse autorem peccati. Si quis ad vitam æternam prædestinatus sit, eum fieri salvum, sive credat, sive non.

Lutberani habent falsa dogmata, non consentientia cum verbo Dei, aut A. Confessione. v. Dogma Ubiquetatis, quòd pugnet cum tertio articulo, quem aliàs non fuissent Pontificii probaturi, quippe Ubiquetatem rejicientes.

Dissentimus in questionibus Scholasticis, quas nec A. Conf. decidit, neq; periculosæ sunt ad salutem: de quibus dissentire liceat.

Rz. (1.) Negamus hæc dogmata vobis affingi, sed verè tribui, stante absoluto decreto vestro, horridoq; , atq; omnes (ut Beza loquitur vol. 1. Tract. Theol.) causas antegrediente quod sexcenti nostrorum ostenderunt: non repeto.

(2.) Falsum est, Ubiquetatem cum tertio Aug. Confessionis articulo pugnare, quod sic probo. I. à notitia communi hujus Doct: nostræ de omnipresentia: Nota hæc erat ex scriptis Lutheri, contra Zwinglium editis & aliorum, & sonabat

bat in omnibus Ecclesiis Lutheranis. Sic Lutherus 1528. in Conf. majori luculenter docet majesticam Christi praesentiam: quam confessionem ipsemet, quarto a Conf: August. exhibita, anno peculiari commendatione ornavit. Tom: 6. Jen: Germ. fol. 116. Et hanc doctrinam Lutherus constanter etiam defendit, cum ante ut dixi, annum trigesimalum, tum post sequentibus annis, ut fuse probant Saxonici Theol. 50. 60. & 74. cap. pupillae oculi.

Quae vero in Ecclesia Lutherana fidei capita sonabant, ea omnia confessioni suae includi voluisse Protestantes, cum per se certum est, tum etiam ex Epilogo hujus confessionis patet. Verba eorum haec sunt: *Haec ferè summa est doctrina apud nos.*] Si ferè: certe non omnia capita nominatim explicare voluerunt, sed ut inclusa subintelligi.

II. *A doctrina hujus de omnipraesentia, existentia & duratione ante tempora Lutheri, in medio Papatu. Nam (I.) docet jus Canonicum (cui Pontificii magnam auctoritatem attribuunt.) cap. in Christo. distinct. 2. de cons. unam & totum Christum ubiq; esse: Num quia multis in locis offertur sacrificium, multi sunt Christi. Nequaquam: sed unus ubiq; est Christus: & hic plenus existens & illic plenus. Haec ibi: e quibus omnino sequitur Christum, qui sine carne nec unus.*

unus.

unus, nec totus est, ubiq; esse, ut fusius ostendimus disput. XVI. & argum. quinto collegii Christologici: (2.) quia docuerunt Scholastici, posse fieri, ut Dei omnipotentia etiam hominis commune corpus, in multis locis simul esse possit: neq; locum esse de intrinseca corporis ratione, ut Alex: ab Ales p. 4. q. II. artic. I. §. ult. & q. 44. memb. 3. Scot 4. sent. dist: 10. q. 2. Richard. ibid. art. 2. q. I. Major. ibid. q. 2. Marsil. in 4. q. 9. art. 3. dub. 2. Oecam. q. 4. Hugode S. Victore lib: 2. de Sacram. part: 8. c. II. Gab. Biel. in 4. dist. II. & lect. 46, in Can Miss. Idem defendit Bellarm. lib. 3. c. 3. 4. de Euch. Maldonat. Tom: II: de Sacram.

III. *A defensione Omnipresentie tempore Aug.* § 31.

Confess: exhibitæ & post illud, facta. Id probamus. Quia moderni Pontificii eas defendunt *hypotheses*, e quibus nos tuti pugnamus contra Calvinianorum *hypotheses*, atq; corporis Christi excellentiam ostendimus, regulis Physicis non metiendam. Recensebo earum nonnullas.

1. *Hypothesis* est Bellarmini, jam indigitata, ut & aliorum. Estii in 4. sent. dist. II. nempe de omnipotentia Dei in corpore aliquo facile præstantis, ut sit multis simul in locis.

2. *Hypothesis* est, Christum Paulo revera adfuisse. Actor. 9. & 22. Sic docet Bellarm. lib 3. c. 3 4. de Euch. contra Calvin. Joh. Lorinus in c. 9. & 7. Actor. Cornel. à Lapid. in idem.

C7

3. Hyp.

56. *Omni-presentia non pugnat*

3. *Hypothesis* Corpus Christi in Eucharistia, locum non occupare. Sic docet Thomas de Aquin: Richard. Scot. in 4. sent. d. 10. Bellar. lib. 3. c. 6. 7. de Eucharistia. Coton. lib. 1. cap. 6. Instit. transisse lapidem clausum sepulchri & januas. Maldonat. comment. in Joh. XX. Bess. conc. II. Dñc. in Albis Tom. 1. concept: præd.

§32.

4. *Hypothesis*, quia articulum de unione naturarum in Christo, de ascensione in cœlum & sessione ad dextram Patris sic explicant, ut ea Christi præsentiam admirandam evincant. Sic enim docet *Frideric. Nausea* Ferdinando primo à concionibus aulicis. in explic. Catechismi 1549. Colon. excus. *Sedere Christum ad dextram Patris est esse, habitareq; ibidem, gloria-ri quietè & pacificè, in equali pariq; secundum etiam humanitatem Deitati CONIUNCTAM* iudicari à potestate, cum Patre, quandoquidem ipse Pater omne dedit Filio iudicium. Non autem sic sedere ad dextram illius credendus est, ut nobiscum vel maxime in venerabilissimo Eucharistia Sacramento Altaris adesse nequeat, contra nonnullos nostra tempestate hæreticos, ipsum illic esse pertinaciter insipientes; Adversum quos ipsa met Veritas dixit, *Ecce: Ego vobiscum sum omnibus diebus usq; ad consumationem seculi.* Quandoquidem Dominus cœlum ascendit, ac illic ad Patris dextram sedet secundum humanitatem, quæ unita, non modo no-

do nobiscum, SED ET UBIQUE EST, juxta ipsius verbum: Nemo adscendit in coelum, nisi qui descendit de coelo, cum tamen hæc dicens in terris visibiliter & corporaliter conversaretur.

Sic Paulus Kemmerius in suis propositionibus: Christum (ait) ubiq; esse corpore suo, facillimè nobis est, multis & firmis rationibus probare. Primò, quia in gloriam Dei assumptus est. Itaq; cum sit glorificatus nunc corporis conditione mutata, ubiq; præsens est. Secundò quia in ejus persona natura dua divina & humana, ita individuo nexu unitæ sunt, ut neutra absq; altera esse possit: Unde efficitur, i. ubicunq; est Christi Divinitas, ibidem & ejus esse humanitatem, necesse sit. Alioqui, si Christi divinitas in aliquo loco sit, ubi ejusdem humanitas non reperitur, scinditur illa naturarum unio. Atqui Christi divinitas est ubiq; Ergò & humanitas.] Hæc Kemmer. Jacobus Faber Stapulensis eandem omnipræsentiam defendit in cap. 14. Johann: in Epist. ad Eph. cujus verba prolixa recitavimus Contradict. Pontif. lib. 1. c. 17. p. 477. quem etsi hæreticè ideò erroris, postulent Jesuitæ Bellarm. lib. 3. c. 1. de Christo Ant: Possev: in Biblioth: S. tamen idem liberatus est auctoritate Regis Gallæ, peculiaribus literis Stapulensem apud Senatam Parisiensem eundem purgantem, ut refert Sleidanus lib: 5. circa finem.

§ 33. IV. A negata contradictione, in comit: Augustanis (Et aliis Imperij Conventib.) Anno 1530. comprehensa erat: ea doctrina de Omnipraesentia, ut supra ostendimus. Id probo (1.) a suffragio Caesaris dicentis: Nihil in hoc esse articulo, quod offendat. (2.) Apologiae Aug. Conf. quae nihil pro defensione hujus articuli, quae non indigebat, attulit. (3.) Pontificiorum scriptorum, ut Johannis à Dabentria; cui impolutus est hic articulus, Job. Cochleae, concors, nulla discussione laborans Catholicus, lib. de Via preparatione Si nuperos excipias Hoffmeisterum & And. Fabric. Leodiū aliqua, sed per calumniam solum, in Luthero, circa hunc articulum desiderantes. Imò Eccius ipse, in comitiis Augustanis Zwinglio respondit, corpus Christi non quidem sua natura esse, ut Deum, ubique: sed tamen ob voluntatem Dei, cui nihil sit impossibile. Quae verba recensent Th. Saxonici in defens. pupillae oculi c. 81. p. 926.

§ 34. V. A negata condemnatione Omnipraesentiae Christi in concilio Tridentino Si doctrina Omnipraesentiae Jesu Christi exosa fuit Pontificiis, cur non eadem in concilio Tridentino est damnata? An credemus, tam oscitantes fuisse Concilii Tridentini Patres, ut hujus doctrinae nostrae, si eam erroneam judicassent, anathematizandae oblivio eos incesisset?

VI. A

VI. *A negata ejusdem in Transactione Passa-
sienfi rejectione.* Si enim S. Cæsarea Majestas
& Principes Catholici erroneum hoc dogma
censuissent, sine dubio vel minima ejus rei ex-
tarent documenta, eo præsertim tempore, ubi
de pace religionis tractabatur. Sic an. 1537.
in conventu Smalcaldico *Principes Protestantes*
consensum in hoc articulo cum Ecclesia Pon-
tificia, apertissime testati sunt.

VII. *A confessione Calvinian. quorundam as-
serentium, Pontificios Ubiquitatem nobiscum do-
cuisse.* Henric. Bulling. in c. 9. Actor. At, quod
hinc colligunt Pontificij: Ergo corpus Christi est
ubiq;. Stultius est, quàm quod responsonem me-
reatur. Joh. Calvin in c. 20. Johanna. Minime
concedo, quod asserunt Papista, Christi corpus pe-
netrasse januas clausas. Hoc ideò contendunt, ut
corpus gloriosum non modò reddant simile spiritui,
sed immensum esse. nulloq; loco contineri, obtineant.

VIII. *A manifesta hujus articuli de omni præ-
sentia fundatione in III. & X. articulis A. Con-
fessionis, de qua extant publica Apologiæ pro
Formula Concordiæ, verba: Sie begehren
man solle &c. quorum nervum Syllogismo
includant.*

V. Qui docet, Christum juxta carnem sedere
ad dexteram Dei, omnia gubernare, unumq;
Christum indissolubiliter unitis inter se natu-

60. *Omnipræs: non pugnat*

ris, is eo ipso docet, eum ubiq; præsentem esse, cum carne. (Connexionem Majoris fuse probant illi Apologistæ, & confer, si placet, Disp. Christolog. Argumentis, quinto, sexto, sept.)

Atqui *A. Confessio hæc docet articulo tertio, omnia & singula.*

2. In articulo X. *statuitur vera corporis Christi præsentia in coena his verbis: quod corpus & sanguis VERE adsint, & distribuantur vescentibus* Quid hic aliud docet Confessio, nisi, quod vere præsens sit corpus Christi in his terris, ita, ut vescentibus (non fide in Empyreum coelum volantibus) distribuatur. An distribui id credendum est, quod longissime abest à cæna? Itaq; posito consequente necessario, poni quoq; necessarium antecedens, necesse est.

Atqui distributio in coena, corporis Christi, est consequens necessarium præsentiaæ JESU Christi. Ergo hanc dum disertis exprimit verbis Augustana confessio, illam quoq; implicitis verbis itidem præsupponit. *Falsum ergo est, Ubiquitatem, hoc est, admirandam totius Jesu Christi omnipræsentiam in Augustanâ confessione fundatam non esse; quod erat secundâ Exceptionis decimæ membrum.* Vide § 29. sup.

§36. Ad (1) respond. Dissensum inter nos & Calvinianos, non esse de quæstionib⁹ scholasticis, sed de

sed de arduis & gravibus, id quod docebit D. Fabricius, Apol. part. 1. & 2. contra Coletum b.m. qui harum quæstionum gratiâ nos *Marci- onitas, Pelagianos, Antichristianis* ceremoniis emancipatos criminatur, quod nunquam fecisset, si hoc iudicium Dictatoris approbasset: sed illa conciliet, si vir est, cum isto suo *μα- λον γμα* & fuco nudo. Recensebo e sexcentis, pauca. *Ubiquitatem pugnare cum fidei articulis, censet D. Fabric. p. 11. Ap. cont. Colet. p. 78, 80.* Daher hab ich geschlossen / daß man die *Ubiquität* / oder die Lehr von der *Allenthalbenheit* der Menschlichen Natur in Christo / in welcher man für giebt / daß sie eben wie die Göttliche / unsicht- bahrer weise allenthalhen sey / billich fah- ren lasse / als die da in Gottes Wort nit gegründet / die wesentlichen eigenschaff- ten der Menschlichen Natur in Christo auffhebet / vnd vielen Articulen vnseres Christlichen glaubens zu wieder ist. Hæc D. Fabric. *An quæstio non fundata in verbo Dei, tollens proprietates humana nature, arie- tans omnes fidei articulos, tantum scholastica est? Annon decisa est in verbo Dei? affirmat D. Fabricius, annon periculosa est?*

Doctrina

62. *Controversia inter nos*

B *Doctrinam de Predestinatione nostram Pelagianam esse, aperte docet D. Fabricius p. 242. part. 2. Apolog. contra Colet. scribens. Solche Lehre sey ein Pelagianischer vnd Bapstischer Irthum, der Gottes Wort nicht gemess / sondern ganz zu wieder / auch viel absurditeten mit sich bringe. Ista Fabricius. Deliberet quæso dictatorum auctor, an tam arduam controversiam referre in numerum possit debeatve Scholasticarum, quæstiuncularum? non decisarum in Scripturis quæstionum, non periculosarum?*

Y *Sententiam de cœna nostram, si quis referat inter pugnas non necessarias, helleboro opus habet, neq; intelligit, Testamenti Christi sanctimoniam, sumam & plane divinam. Et Christi verba: Hoc est corpus meum, quod pro vobis datur: &c. despiciatui ducit: de quâ culpâ alius erit locus & dicendi & monendi cautiores, si monitis locus sit. In antecessum pensitet sequentia Calvinianorû judicicia, de nobis amans veritatis Lector. D. Fabricius p. 85, 86. trium concion. vernacularum de S. Eucharist. Steinfurti 1599. edit. ita scribit: nostram doctrinam de cœnâ errorem crassissimum esse. Diese Lehre von der leiblichen Nriessung des waren Leibes vnd Blutes Christi / so den*

den Unbusfertigen vnd Gottlosen zu-
geeignet wird / nit ein gemeiner schlech-
ter Irthumb sey: Sondern ein gar gro-
ber / vnartiger vnd vngewerter Sacra-
mentschwarm / dadurch dem H^eErn
Christo seine Ehre vielfaltig betastet vñ
verschmälert wird: hoc est, sententiam Lu-
theranorum, de manducatione corporis Chri-
sti ab indignis facta, non esse vulgarem errorem,
sed crassum, deformem Sacramentarium,
qui Christi gloriae detrahat, eamq; imminuat]
Hæc Fabricius: esse omnium errorum Pontificio-
rum fontem. D. Johann. Bergius cap. 17. part. 2.
Daß diese Wort zc. p. 137. So viel sa-
gen wir / daß auß ihrem Irthumb (der
Lutheraner) von der leiblichen Gegen-
wart / vnd Nießung des Leibes Christi
im Brot / alle solche Grewel des Bapsti-
schen Mesopffers / wieder ihren willen
vnd Meinung / erfolgen vnd darauff ge-
gründet seyn.

Et cæcærationis imaginationem D. Bergi⁹
l. d. c. 18. p. 191. Ist derohalben eine rechte
fleischliche Einbildung der blinden Ver-
nunfft / daß sie meinet, wir könten den
Libe

Leib Christi durch den Glauben nicht essen/ wo nicht entweder er/ hie unten auff Erden/ oder wir mit vnserem Glauben im Himmel weren.

Quæ pariat superstitiosum S. Eucharistiæ abusum: Idem D. Bergius p. 192. 193. pluribus deducit p 195. imò liquido ostendere molitus est, universam de cœna Domini sententiam nostram, fidei articulos propemodum omnes invertere & evertere cap. 16. part: 2. *daß diese wort/ Christo in ignominiam cedere cap. XIII Missæ Pontificiæ basin struere cap. XVII, & salutarem deniq; usum S. Cœnæ impedire cap XVIII. Unde (missis aliis sexcentis) sic concludimus.*

Si Lutherani crassum foveant & sacramentarium errorem, fontem errorib⁹ Papalib⁹ apertentem, e cœcæ rationis imaginatione ortum, superstitiosum &c. Sequitur, Calvinianos ab illis disidentes, non ob quæstionem scholasticam aliquam, sed ob errorem vere detestabilem, eorundem Lutheranorum sententiæ contradicere. Atqui verum est prius, ex allegatis D. D. Fabricii & Bergii locis. Ergo etiam posterius verum erit. Et sic falsum, quod tantum inter nos & Calvinianos scholastica sit quæstio.

Dices de ceremoniis non usq; adeo arduam inter nos, vosq; litem intercedere. Atqui ceremoniar

moniar

monia nostræ D. Fabricio audiunt Papisticae, Antichristianæ; Tyrannicæ & ad quæstum compositæ, Loca sunt in Apologia contra Colerum sexcenta, ut adscribere non sit opus.

Hujusmodi judicium tulit is, quem dixit, de altaribus p. 691.

De casulis part: II. p. 678.

De hostiis p. 407.

De auriculari confessione nostrâ p. 698. 713
717. &c.

Quod si non erant periculosa hæc quæstiones, *sine ullo* salutis dispendio tractandæ, quid *tantis opus erat*, totq; innovationibus rituum, cum hîc Gedani, tum in Germania passim, ubi vestri forum chorumq; occupant. Aut hæc nō sunt vera, aut Dictata hæc admodum fallunt.

Hactenus itaq; ad illa responsum est, eorūq; argumenta singula exossata sunt: è quibus, quid judicare & de totâ quæstione dissentire debeat quisvis, amator veritatis, facile est intellectu, cum (ut scite alicubi Augustinus scribit) veritatis pulchritudo nec locis mitigetur, nec nocte interrumpatur, nec umbra intercludatur. Nobis quoq; certa est Chrysostrōmi sententia (de laudibus Pau'i homil:) *Talis est veritatis status, ut etiam impugnantibus suscitetur & crescat.*

CAPUT

CAPUT III.

§37. *Judicium de superioribus
dictatis.*

Finis horum fuit, ostendere, Calvinianos esse Augustanæ Confessioni addictos.

Quæstionis hujus affirmativam Dictator probare molitus est, rationum Capitalium, Decade cap. 2. recensitarum: & à nobis sufficienter refutatarum.

Judicium verò ejusmodi ferimus de his Dictatis.

Quæcunq; probatio & tractatio undecim nominibus præcipue vitiosa & sophistica est, ea non debet, ut *vera*, admitti.

Major per se patet: quod enim vitiosum & sophisticum est, quomodo verum esse poterit?

Atqui tota hæc probatio sive tractatio quæstionis præsentis (quæ affirmat, Calvinianos A. Confessioni addictos esse) nititur (1) nominum suppressione §. 1. hypocritica.

(2) *Inimmemor* est Christi præcepti §. 2.

(3) *ludit* ambiguitatibus. §. 3. 10.

(4) imperfecte argumenta tractat. *Ibid.*

(5) *expresse fals.* docet §. 4.

(6) *contradicit* admonitioni Neostadiensis

§. 5. Wolfio, §. 7. D. Fabricio, 36.

(7) *aperte falsis* & petitionibus principii in-
niti-

icitur §. 5. 8. 12. 13. 15. 19. 20. 22. 23. 24. 27. 30. 35.

(8) *ad absurdum* redigitur. §. 6.

(9) *injuriosa* est in Protestantes. §. 6.

(10) allegat inidoneum testem. §. 9. 21. 28.

(11) male exponit & interpretatur August. Confessionem. §. 10. & Lutheri Epistolam. §. 20 & Academiae Gryphswaldensis subscriptionem. §. 21. & præcipuum Aug. Confessionis decimum articulum. 25. 26.

E. tota hæc probatio & præsentis quæstionis tractatio, non debet, ut vera, admitti, sed ut falsa rejici: Itaq; *falsa* quoq; est, gratia cujus hoc Problema de novo tractatum est, *societas & sodalitas* Calvinianorum, in Augustanâ Confessione invariata & sola verâ.

Id quod demonstrandum.



D

Ne se-

68. *Sophistica allegatio.*

NE sequentes vacarent pagellæ,
adjeci animum ad ea simul vē-
tilanda, quæ de eodem hoc thema-
te, D. Johannes Crocius, part: II.
Conversationis Prutenicæ, cap. 2.
conscripsit: Nullus equidem dubi-
to, quin & operæ pretium sim fa-
cturus, & à veritate illa divina,
quam unicè spectare debet bonus
quisque, prolixæ veniæ indulgen-
tiam impetraturus.

I. **A**rgument: D Crocii cap. 2. p. 65. part.
2. Conversat: Pruten:

§38. *Theologi Hasfiaci, minime Calviniani fideliter*
monuerunt, non esse recipiendum illud discri-
men inter Confessionem variatam & invaria-
tam: Judicio de formulâ Torgensi: anno 1576.

R. (1) *per inficiationem.* Theologi Hasfiaci,
qui hoc judiciū concinnaverunt, fidei *Calvino-*
Zwinglianae omninò addicti fuerunt, quod evi-
dentissimè docent, eorundè Theologorū acta,
doctrina, & consensus cum Zwinglianis, lucu-
lentissimis rationibus probatus & demonstra-

tus

tus à Dn. D. Helwico Garthio, parte secundâ,
Historicæ relationis vernaculæ p. 80. 81. 82. seq.
edit: Wittemb. 1606. form: quartâ. (2.) Eo an-
no factum est Schisma inter Theologos Has-
acos, in *Synodô* Generali Castellensi: quorum
alii partes Zwinglianorum, in controversia de
Personâ CHRISTI & coenâ Domini, alii verò
Lutheri, secuti sunt: vide pag. 98. 99. seq. D.
Garthium l. d. & illi quidem Orthodoxum &
de Christi Ecclesiâ meritisimum Theologum
Dn. D. Ægidium Hunnium, piæ memoriæ, tra-
duxerunt: pag. 107. D. Garthius d. l. & coram
Landgrafio Wilhelmo accusarunt: pag. 109. &
Garth. p. 113. & silentium ei imponere moliti
sunt p. 115. p. 145. cuius tamen Hunnii patro-
cinium suscepit Landgrafius Ludovicus p. 117.
D. Garth. (3) Sub finem anni 76. & auspiciis
anni 77. Theologi inferioris Hasliæ, elenchum
in Zwinglianos strictum culpaverunt, formu-
lam concordiaë monstrosæ Ubiquetatis dam-
naverunt, p. 118. 119. D. Garthii. (4.) Anno 80.
in Synodo Marpurgensi Theologi superioris
Hasliæ, inferioris Hasliæ Ministris divortium
exprobraverunt, p. 125. 126, & hi quidem For-
mulaë Cõcordiaë in articulo de personâ Christi
subscribere noluerunt p. 128. 129. 130. D. Garth.
Nõ recensebo, Lector, plures Hasliacorum in-
feriorum Theologorum actus, qui arguunt hos

maximè Calvinianos fuisse. Quàm præcipiti ergo ausu asseverat D. Croci⁹, minimè Calvinianos fuisse? quàm verò sophisticò nisu nebulas offundere tentat imperitis, cum occulit discriminè inter Theologos Hasfiæ, nec Zwinglianos, à Lutheranis *distinguit*: Vanum ergo & falsum est hoc argumentum Crocii: ἡ δὲ πρὸς ἑπὸς!

II. Argumentum p. 65. d. I. Crocij: *Wilhelmus & Ludovicus Landgravi Hasfiæ.* Item p. 84. 85. 86. non admiserunt discrimen inter A. Confessionem variatam & non variatam:

Respondeo (1.) Wilhelmum Landgrafium partibus Zwinglianorum, à suis informatum ita, accessisse, docet luculenter D. Garthius, dicto librò Historicæ Relationis, quod jam præcedente argumento probavimus. (2.) Ludovicum verò Landgrafium, illud suum iudicium re accuratiùs perspecta mutasse in meliùs, docent historiæ, & acta publica: postquam suorù nonnullorum imposturas sensit. Quapropter de toto hoc negotio iudicandù est ex sententiâ Landgrafiorum perpetuâ & constante posteriore, non verò priore. (3.) Nec discrimen A. Confessionis variatæ & invariatæ, *pendet à testimonio huius, vel illius, sed potiùs à rebus ipsis in confessione utraq; comprehensis: à quarum diversitate, rerum scilicet & dogmatum pendet discrimen Confessionù.* De illa verò diversitate, dixi, §. 23. 24. Constantis assert: Vernaculæ.

III.

III. Argument: I. d. Crocius. *Ludovicus Comes Palatinus*, primus inter eos, qui libro Ber- § 40
genfi subscripserunt 1577. datis literis ad Saxo-
nem & Brandenburg. idem docet (Etp. 78. 79.)

Resp. ad hanc objectionem responsum est,
Const: Assert. vern. § 112. pag. 179 non repeto.

IV. *In sano sensu recipimus Aug. Confessionem*
p. 66. *Crocii part. 2. c. 2. Conversat. Prutenica.*

Respondi ad hoc *μαλαγμα* s. 5. 8. supra
& §. 25.

V. Argum. *A. Confessio non est fidei regula*, § 41
p. 67. Crocius d. l. p. 68. 69.

Respondeo (1.) non est Regula, sed Symbo-
lum certarum Ecclesiarum, quod Sohnius his
verbis fatetur Tom 2. oper. p. 3. Confessio ista
est particularis, non universalis, nempe qua-
rundam Ecclesiarum reformatarum in Germa-
nia, quarum nomine initio & scripta est & edi-
ta, & à quibus postea est recepta. Itaq; non est
norma & Regula universalis dogmatum fidei
& Religionis, aut Symbolum Catholicum omni-
um Ecclesiarum: Hæc *Sohnius* (2.) Rationes
verò Crocii laborant elencho plurium inter-
rogationum, expressâ historiæ publicæ nega-
tione partim, partim etiam accusatione inani
Confessorum, ac si illi in Comitibus plus justò
molliores fuissent, quod falsum est: Itaq; Aug.
Confessio est & erit certarum Ecclesiarum.

72. De autoribus A. Conf.

Symbolum longe augustissimum, non fidei norma, quæ sola est S. Scriptura

§ 42 VI. Argum. p. 70. cap. 2. Conver: Pruten: part: 2. *Variata A. Confessio melior est priori illâ Augusta exhibitâ* Et p. 71. 72. *Exceptionem diluit.* & p. 73. 74. 75. 76. 77.

Respond. (1.) *Negamus*, variatam à Philippo Confessionem meliorem esse invariata illa, Augustissimo Cæsari Carolo V. Augustæ exhibitâ. Et patet assertio, quia Philippica Confessio multis modis absona est, quod probaverunt Nostri. Absona & erronea Confessio an erit melior verâ, & explicatissime traditâ Confessione?

(2.) Jam ad rationes D. Crocii veniamus. Prima est. Variata Confessio habet autores in luce Evangelii diutius versatos. E. melior est primâ illa.

§ 43 Respondeo (1.) Philippus est autor variatæ Confessionis, quod notissimum: an vero dices, Philippum Luthero perspicaciorem fuisse? Lutherum, in concinnanda Confessione hebetiorem, qui jam per tredecim annos in Evangelii luce versatus erat? Ergone soli Zwingliani solus Zwinglius, satis acuti judicabuntur, ad componendam Confessionis Formulam? quam etiam utriq; exhibuerunt in Comitibus Augustanis? At Lutherus non satis exercitatus, censendus

sendus est? Judicent æqui Lectores, annon id nostri æquè præstare potuerunt, quod Zwingliani, in ruderibus Ecclesiæ suæ constituti? Hi potuerunt Symbolum condere, nostri non potuerunt? Certe id nihil est aliud, quam se & suos extollere, & alios deprimere: Zwinglio & Bucero, conditoribus Confessionum illarum duarum 1530 exhibitarum, primas, Luthero vix secundas attribuere. (2.) arguit variata Confessio non majorem lucem, sed tenebras & femina variorum errorum, quod ostenderunt D. Lobeck. & Mylius in A. C. Ergo melior non est (3) Nec valet consequètia hæc Crocii à tempore delumpta: Nam & Symbolum Apostolicum in ipsa Ecclesiæ primitivæ infantia conditum est, quæ tamen huic Symbolo nihil detrahit.

Secunda ratio. Magna fuit opinionum diver- §44
sitas in Comitibus Augustanis: teste Philippo Tom.
I. Oper. præfatione. Et fatentur Principes Epi-
stolâ 1561. ad Casarem scripta, multas ceremo-
nias abs se abrogatas esse. & p. 71.

Respond: (1.) Distinguendum est inter disceptationes præcedentes Confessionem, & Confessionem ipsam: Hæc una est, simplex, sibi similis: Illæ verò variæ possunt esse, & assolent quoq; in conventibus Theologorum regultrò citròq; ventilari: Et de hoc loquitur Philippus loco allegato. §. *Utinam*. §. Conges-

D4

igitur.

igitur. Quid verò hoc ad Confessionem ipsam?
 (2.) *Retorqueo*: Summa est opinionum varietas
 in Philippica Confessione, quod alii e nostris
 ostenderunt: imò ostendit ipsa collatio hujus
 Confessionis cum primà illa, anno 30, supra
 sesquimillesimum, instituta. (3.) *Nego conse-*
quentiam: Principes post exhibitam A. Con-
 fessionem ceremonias idololatricas abrogasse:
 E non fuit plena A. C. Nego, inquam, conse-
 quentiam: Nam diserte Principes testati erant,
 se non omnes, sed quosdam abusus (inter quos
 etiam ceremoniæ Idololatriæ locum occu-
 pant) recensuisse, adeoq; & reliquorum abjici-
 endorum libertatem sibi met reservasse. Epil:
 artic: XXI.

Tertiatio. *Quia Aug. Confessio in summa*
 §45. *festinatione scripta est*: p. 71. D. Crocius probat
 autoritate Philippi & Landgrafiorum Hassiæ:
 & negat, Smalcaldico demum conventu eam
 perfectam evasisse.

Responde. (1.) *per negationem*, ejus, quod fe-
 stinanter conscripta sit Confessio: nam D. Lu-
 therus & alii Theologi jam congesserant sep-
 tendecim articulos, qui extant Tom: 5. Jenensi:
 & Theologi nostri in Comitibus ipsis de singulis
 capitibus disputaverant coram Principibus, te-
 ste Philippo, præfat. Tom. 1. Oper. §. *Congessi*
igitur &c. neq; etiam nostri Principes exhibi-
 tionis

tionis festinatione præpediti sunt. (2.) Fallit Elencho *Interpretationis*, neq; enim Philippus loquitur de Confessoribus constantibus, quibus ratum erat, edere fidei confessionem: sed de aliis quibusdam, qui pericula Confessionis evitare volebant, & rixas excitare, & flexiloquis verborum phaleris eandem incrustare: quod indicant antecedentia & consequentia verba Philippi. §. Ne ipsi quid §. Utinam verò &c. Inde verò nulla in ipsam Confessionem macula redundat (3.) *Contradicit historia Augustanæ* Confessionis, quæ testatur, Imperii Status, publico Cæsaris diplomate monitos esse, de edendâ in proximis comitiis Confessione, ut composito schismate, concordia reduceretur. *Sledan. lib. 7* Chytræus in *histor Aug. Conf.* Huic mandato cum omnes Principes ferè, tum Elector Saxonie Johannes præprimis paruit & suis Theologis certam formulam fidei componendam, satis mature injunxit: teste *historia Aug. Conf. ad annum 30.* (4.) *Coccysum suum* de Landgrafis Hassiæ, supra §. 39. confutatum, hic denuò, sed frustra repetit. (5) *nostrorum verba pervertit.* Nemo enim Theologorum nostratium docet, *Aug. Conf.* demum perfectam esse in conventu Smalcaldico, sed tantum denuò repetitam fuisse & pleniori consensu Statuum approbatam esse. Unde non se-

quitur, eam Confessionem ante imperfectam in se fuisse: sed hoc tantum, quod non sit ab omnibus perfecta iudicata. An verò perfectionem alicujus Symboli ex imperfecta hominum censura metiemur? αὐτοπρον! Itaque non una falsitate laborat tertia hæc ratio.

§46 Quarta ratio: *A. Confessio in maximo metu conscripta est mollissimè, non omnia definita. Probat hoc, à minis Cardinalis Saltzburgensis, Philippi lachrymis, & Lutheri consolatoris p. 73. 74. à diserta nonnullarum questionum suppressione, p. 74. 75. & testimonio D. Justi Jona & Lutheri: p. 76. &c. Landgrafiorum Hassiæ p. 77.*

Respond. (1.) Nego consequentiam & statum controversiæ recte formo. Non negamus, Philippum & alios, in Comitibus August: plus justò timidiore fuisse, teste Philippo Tom: 1. Oper: præfat: §. Ac ne ipsi &c. Id verò non concedimus, hanc timoris notam ipsi A. Confessionis & præcipuis Statibus, à quibus meritò denominatio est facienda, protinus inurendam esse.

(2.) Negamus & illud, quod A. Conf. mollissimè scripta sit, cum abusus Pontificios non levi censura perstringat, totis septem articulis: & errores capitaliores virgulâ itidem censoria notet, imprimis verò de Missæ Sacrificio, principe fidei Pontificiæ capite.

(3.) Retorquemus id potius, quod de Lutheri-
COR-

ri consolatoriis scribit: Hæ namq; literæ arguunt solidam Lutheri mentem & Heroicū Spiritum, quō timidus Philippus erectus fuit. Neq; verò prolixè dicam, quantā fortitudine Elector Joh Marchio Brandenburgicus, Philipp⁹ Hassiæ Landgrafi⁹, & alii Principes in his sese Comitibus gesserint, de qua Historiæ publicæ testantur. An horum Heroū constantiam unius vel alteri⁹ meticulosi hominis pusillanimitate oblierari, æquum est? an vobis, sic judicare, integrum?

(4.) Distinguiamus inter Confessionis *mollitiem*, & confessorum *reverentiam* superiori Magistratu debitam: Illam negamus: hanc concedimus: unde factum, ut omnis exacerbationum occasio averruncata sit: idq; merito: Agebatur namq; non solum causa Theologica, sed & Politica observantia Statuum, S. Cæsareæ Majestati, (cujus læsæ ergo nostri traducebantur passim teste Philippo præf. Tom. oper. I.) luculentissime comprobanda erat: exemplo Pauli in Actis, fidei suæ rationem, coram Magistratu, non semel, summā cum modestiā exponentis.

(5.) Distinguo inter dissimulationem & compendiosam comprehensionem quæstionum fidei. Principes & Status nihil dissimularunt in fidei suæ expositione, sed tantum præcipua capita annotare voluerunt. Hoc indicant Epilogo Confessionis, cum ajunt. I. præcipuos

De

arti;

§47

”

”

”

”

articulos eò congestos. Ergo non omnes, multò minus, omnium capitù quæstiones) 2. Potuisse addi plures abusus. (de Indulgentiis, Peregrinationib' &c.) 3. Tantùm ea recitata esse, quæ videbantur necessario dicenda. 4. Brevitatis studio multa prætermissa esse. 5. Ea recitata esse, ex quib' cætera facile judicari possint. 6. Hanc Confessionem non esse nisi doctrinæ *summam* 7. Informationem quoq; pleniorẽ sese daturus esse, si desideretur. Hæc omnia Protestantes, e quib' conficitur, noluisse omnes fidei partes & quæstiones, eosdem Principes explicare. Hic eorum *scopus* erat: ex hoc judicandi sunt; ut omnes boni facile judicant. Neq; tamen ideò mollis est nostra Confessio, quod controversias omnes non tangat. : Nam alias ipsum Symbolum Apostolicum, Athanasianũ, & reliqua alia, imò ipsorummet Calvinianorum Confessiones molles dicendæ erunt. Concedetne Crocius? si concedit, absurdus est. Si non concedit jam *majorẽ suam* destruxit: quæ hæc est: *Confessio omnes controversias vel potiores non explicans, mollis est.* Falsa inquam est major propositio.

(5.) Ad testimonium Landgrafiorum jam supra responsum est.

§49 *Quinta ratio.* Aug. Confessio in X. Articulo Transubstantiationi favit &c. & in eo sensu approbata est. pag. 78. part. 2. c. 2. Conv. Prut. Resp.

Rz. (1.) *Nego simpliciter, Lectorem ad causas negationis hujusce, n. 8, 9, 10. remitto* (2.) *Nego Theologos & Principes agnovisse hunc errorem, solutis Comitibus: nec ratio adducta a Crocio illud probat. Etenim mutatio in phra-* § 50.
fei, mox Wittembergæ facta, non est facta publicâ autoritate, si facta est. Manet tamen verum exemplar Confessionis sibi simile, uniforme, in Archivis imperii asservatum & luculenter, à Theologis Saxonis in Defens. pupillæ oculi repetitum. (3.) *Ad testimoniū Palatini Ludovici responsum est n. 112. Const. Assert. p. 197.*

Argum VII. *Suffragatur nobis David Chytræus in Chronic. de conventu Naumburgensi Tilemannus Heshusius in assert. p. 198. sed sur-* § 51.
dis narratur fabula. p. 79. Crocius l. d.

Resp. (1.) *Crocium fallaciam interpretationis committit, in allegatione Chytrei, cujus sententia recte judicanda est, quod si fiat, nobis non obstabit, ut ostendimus n. 118. Const. assertio-*
nis. (2.) *Fallaciam Testimonij: nam in conventu Naumburgensi Philippi variata Confessio non est recepta, ut n. 23. 24. supra ostendimus*
(3.) *Crocium allegat quidem Heshusium: Verba tamen ejus non recitat: Adsertionem citatis sed quam? Ego ex assertione Heshusii demon-*
stro, eum quidem Theologum cane pejus & angue modernorum Calvinianorum versuti-

am, ad A. Confessionem provocantium, odisse. Nam p. 102. b. ait: (Edit: Erphordia f. 4.) Toti Imperio notum est, eas urbes, quæ Cinglii dogma sequebantur, se non adjunxisse A. Confessionem. Idemp. 75. b. Laterem lavas Exegetice: nisi seriâ pœnitentiâ anteverteris iram Dei, testimonium hoc tuæ conscientiaë, quæ non ignorat te falsò, non dico patrocinium, sed prætextum saltem in A. Confessione quærere, in tantas aliquando te angustias rediget &c. Hæc Heshus. Qui ergo Heshusius pro Reformationis faceret?

§52. Argumentum VIII. Respondet quoq; nostrorum Exceptionib⁹, quarum hæc prima est: *Philippus in gratiam unius Principis mutabit Confessionem A.* non ex mandato protestantium p. 79. Excipit, à Landgrafis Hassiæ excusari, quod Confessionem explanaverit.

Respond: (1.) ad *testimonium* hoc supra responsum est, atq; ostensum, inconvenienter illud à Crocio toties allegari. En testimonii, itemq; interpretationis fallaciam! (2.) Negamus simpliciter, Philippum magis explicasse A. Confessionem. Nam l. satis *explicata erat*, & in Comitibus partim limâ Lutheri correctâ, partim doctissimorum virorum disceptationibus ad amussim Scripturæ, discussa, ut fatetur Philippus præfat. Tom. 1. Oper. Philippi. 2. Non
erat

erat privati viri, publicum Symbolum mutare, insertis aliis, aliisque verbis, mutato sensu, interpolatis peregrinis opinionibus. Estne hoc, mi Dn. D. Croci, *explicare*? Utiq; non est: Cogita: Si quis Arminian^o acta Synodi Dordrechtanæ, mutatis verbis & contextibus, de novo interpolaret, elenchum tolleret (quod Philippus in X. articulo A. Confessionis fecit,) diceresne, hunc Arminianum explicasse Synodi Dordrechtanæ acta? certe non dices. Itaq; vel tandem cessent hæc folia ficus! Certum igitur est, Philippum ab aliis inductum fuisse, ut illam A. Confessionis mutationem, spe copiosioris subscriptionis à pluribus aliis præstandæ, tandem suscipere in animum induxerit suum! Et hoc tandem vi veritatis compulsus fatetur Crocius pag. 80. cum scribit: *Sanè non in Comitibus emendatio est suscepta, quod factum esse oportebat*. En Crocius fatetur, hoc fecisse Philippum, quod non oportuit facere.

Argum. IX. p. 81. *Excipit, Luthero omnino de mutatione illa constituisse, aliisque Theologis: p. 80. 81. 82. Georg Hanefeld. p. 144. 145. &c. Colloq. Vernaculi de coenâ. Nam adfert rationes.* § 53.

Prima ratio. *Lutherani non possunt probare, Philippum in scio Lutero hanc mutationem Aug. Confessionis instituisse.*

Respond. (1.) *Calviniani non possunt probare*

bare, conscio Luthero, factam esse hanc mutationem, Affirmantibus itaq; probatio incumbit. Cur de approbatione Lutheri altum est apud Lavatherum vestrum silentium in re tam gravi? (2.) Nego, non posse nos probare hoc, quod dicit D. Crocius: Nam I. Lutherus non consensit huic mutationi. Probetis vos contrarium. II. Lutherus contradixit huic mutationi Philippicæ, ejusq; autorem verbis redarguit III. Lutherus facto ipso contradixit, quoties contra errorem Sacramentarium, decimo articulo Augustanæ Confessionis explosum, protestatus est. Contradicere alicui non tantum in verbis, sed & factis consistit. Factis enim dissensus & consensus significantur IV. Lutherus contradixit huic cothurno, quando technas Calvinianorum, in timido Philippo affabre structas subolfaciens, iisdem brevem Confessionem suam opposuit: Vide Tom. 8. Jen fol. 174. Hanc Lutheri contradictionem Philipp⁹ omninò sibi ad animum revocavit, & ejus nomine ad Henric. Bullingerum literas exaravit, quibus de Luthero conquestus est. V. Deniq; M. Rorarius testatus est, Lutherum sæpius Philippo hæc dixisse verba: Phi'ippe, quis tibi hoc injunxit? Confessio hæc tua non est. Vide D. Wigandum: in hist. Aug. Imò D. Nopus testatur, Lutherum aliquot octerniones mutatæ

Conf.

§ 54

Confessionis, è Typographiâ petiisse & suppressisse: teste D. Schlüsselburg. p. 72. de notis Sacramentariorum, Germ. Linguâ edit. VI. Ultimò Lutherus contradixit Philippo, quando ejus hypocrisin, publice pro concione perstrinxit, ut testatur gener Philippi p. 25. Narrationis historicæ, usq; adeò quidem, ut Philippus Witeberga discedere, constituerit. Annon hoc est contradicere?

His ergo, aliisq; pluribus argumentis probant Lutherani, Philippum, non approbante Luthero, Confessionem Augustanam mutavisse. Fallit ergo Crocius, cum hoc negat: & tantisper fallit, donec nostra sefellisse argumenta, liquido demonstret.

Secunda ratio. Crocii similiter corruii spon- § 55.
te suâ quæ hæc est: non est verisimile; Lutherum ignorasse consilium Philippi toto quadriennio, &c. Jam enim huic argumento & exceptioni, in præcedentibus satisfactum est.

Tertia ratio. Testatur Colloquium Aldenburchense, mutationem illam, conscio Luthero, suscepisse p. 81. Croc.

Respond. (1.) Fallacia testimonii. Nam colloquium hoc particulare fuit, ex quo non potest judicium sumi de Augst. Confessione, neq; etiam hoc Colloquium à Statibus Imperii probatum est, & præterea ex unâ quidem parte à
Crypto-

Crypto-Calvinianis Theologis, Henrico Molero, & D. Paulo Ebero, nimium mollitiei Philippicæ addicto, & c. institutum, ut nostri fufus ostenderunt D. Hutterus in Concord. Concord. (2.) Impingit in publicam hiftoriæ fidem: Nam ex altera parte Theologi sinceri, viginti quatuor rationes produxerunt, in hoc colloquio, quibus inducti noluerunt variatam illam A. Confessionem recipere, quas recenset D. Wigandus in hift. A. Confessionis p. 44. 45. 46. Fabula ergo est, quam narrat Crocius.

§ 56. *Quarta ratio:* Lutherus Tom. 7. Jenensi, fol. 447. commendat Philippi, in *Confessione* pure & constanter perseverantis constantiam, anno 1541. E. Philippus non potest dici mutasse A. Confessionem p. 81. Croc.

Resp. (1.) *Sunt quatuor termini in argumento.* Lutherus loquitur de Confessione *invariata*, quod sic probo: Nam agit de illa Confessione, quæ (N) Haganœ exhibita erat, ut discrete ait Lutherus, (Epistola 2. quæ primam merito explicat) fol. 448. b. §. *Wo sie das &c.* (2) quæq; anno 30. exhibita opponi poterat Pontificiis: (3) Atq; sola invariata Confessio ea est, quæ Haganœ exhibita: tum enim nondum mutata erat, ut fatentur Calviniani ipsi &c. & quæ Consiliariis Saxonis, ut publicum depositum commissa erat §. *Demnach/ wo es*
fol.

sol. 448. a. Edit. 1568. (7) Et quæ *chara* erat
 Confessio, cum Electori, tum Luthero, fol. 847.
 a. p. **Zulezt**. Crocius verò hæc verba ad vari-
 atam Confessionem detorquet: cum tamen illi
 quatuor hæc *predicata* non competant. (2)
 Distingue inter iudicium charitatis & veritatis.
 Iudicio charitatis iudicavit de Philippo Lu-
 therus, putans, non usq; adeo malo animo mu-
 tationem à Philippo institutam esse: ideo hanc
 ei laudem tribuit. Postea verò Lutherus iudi-
 cium suum de Philippo mutavit: Itaq; è poste-
 riori hoc iudicio Lutheri, iudicandum erat
 Crocio, non è priori. *Δευτέραι Προβλῆδες σο-
 φώτεραι*: Quid ergo Crocius ordinem pro-
 bandi invertit? quid ineptè allegato testimo-
 nio exilit?

Quintò, *denuo reponit crambem* p. 82. de §57.
 Landgraviis *Hassia*, supra explosam: nò repeto.

Sextò provocat ad Ratisponense & Worma-
 tiense Colloquium, ubi emendatum A. Conf.
 exemplar oppositum sit. p. 82. 85.

Respond. huic rationi satisfactum est supra
 n. 19. 20. seq. Et quanquam variata Confessio
 exhibita dicatur per Saxonix Cancellarium, à
 Crocio: Id tamen quomodo & qua ratione fa-
 ctum sit, non poterat ignorare Crocius. Nam
 Philippus sese peculiari scripto declaraverat,
 quod, non obstante mutatione Confessionis,
 ipse

ipse tamen in rectâ sententiâ de Coena Domini perseveraret. Hoc scriptum Philippi, disertè Christi Jesu præsentiam veram & realem astruxerât: (sed à D. Peucero, genero Philippi, omis- sum est in recitatione Actuum Ratisponensium in Ecclesiæ fraudem,) atq; ex eo scripto judi- caverunt Saxonici Consilarii de Philippo, ex **Judicio** charitatis. Hinc factum est, ut etiam **variata Confessio** exhibita sit, cum quivis de Philippo optima quæq; speraret. Hoc verò ju- dicii genus nulla ratione Calvinianis proficuum est, qui illam Christi præsentiam substantialem in coena tollunt.

§58 **X. Argum. Philippus mutans August Confes- sionem, Sacramentorum & Semipelagianorum erroribus latibulum præbuit.** Exceptit hic multa D. Crocius p. 82. 83. 84. (1.) fabulas esse, qui- bus malam causam tueamur p. 82. (2.) non posse hoc testibus probari. (3.) sed qui dicant hoc de Philippo Christi servo, optimè meritò, eos inimicos esse, quorum, de jure, testimonium non sit recipiendum, p. 83. (4.) Facile posse probari, Philippū non præbuisse latibulum: (5.) Non esse rejectam Philippi confessionē in mul- tis conventibus, & ne quidem in conventu Tan- germündensi p. 84. (6.) Crambem de Hassiæ Landgrafis denuò repetit (7.) producit Confes- sionem Ioh. Brentii & D. Nicolai Selnecceri, va- riatam Confessionem probantium p. 85. 86.

Ref.

Respond. ad *primam* rationem: Fabulæ sunt, § 59
quæ narrat de fabulis Crocius. Nam latibulum
variarum hæresium factam esse Philippicam
Confessionem, & ipsa Confessio, variis illis er-
roribus palpum faciens, & facies Ecclesiæ tri-
stissima testatur. Postquam enim articulus X.
mutatus est à Philippo, Calviniani sub palladio
hujus Confessionis, quam anno 1530 rejece-
rant, delitescere occæperunt. Idem fecerunt
Synergistæ & alii, quorum illis Philippus non
leviter favit, ut D. Hutterus demonstrat in
Comment Form. Concord. D. Mylius disput:
in Aug. Confess & alii: Ergo.

Ad *secundam rationem*. testes hic sunt, omni
exceptione majores: Evidentia rei, sensus, ex-
perientia.

Ad *tertiam rationem*: Non tantum dicimus
hoc de Philippo, sed etiam probamus & Le-
ctorem ipsum, ad collationem, inter exemplar
August. Confessionis 1530. exhibitum, & exem-
plar à Philippo corruptum, instituendam, in
summâ hac veritatis luce, summis precibus in-
vitamus, ut videat, nos vere testari de Philippi
culpâ fonticâ.

Non verò est absolute verum, nempe *Testi-* § 60
monium inimici non valere Dantur enim casus,
in quibus valet: Nec id reticere debuit, nec ig-
norare potuit Crocius: Certe a particulari non
debu-

88. *Fraus in allegatione*

dehuit: Non enim semper verum est, ut late ipsi Icti probant, ut dixi: Et nos testes veri sumus, & de Philippo hoc, quod dicimus, probamus.

Ad quartam *rationem*. Si facile hoc potest probari de Philippo, cur non probavit Crocius? an non laudabilem in hoc themate operam insumpsisset? annon id in gratiam Philippi prestare debuisset, quod sæpè præstitit in gratiam Bezæ & aliorum, quos excusavit Crocius in *Cont.* suâ geminâ? Nos verò *negamus* id fieri posse.

Ad quintam *rationem*. Est petitio principii. Non enim recepta est Philippi Confessio in *Conventibus*. Id enim supra n. 15. 16. 17. seq. refutatum est vanæ gloriationis genus. Idem de *Conventu Tangermundensi* respondemus.

§61 *Sextâ ratione* missâ, (cui sæpiculè satisfactum est) ad septimam devenimus: Itaq; I. Epistola illa Brentii, nobis multis nominibus suspecta, cum non certò constet, an eam Brentius exaraverit? Ex *incertis* non petitur firma probatio. En fallaciam testimonii: II. Fallit *Elencho quatuor terminorum*. I. loquitur Brentius de Editione posteriori *Apologiae*: Nam sic recitat verba D. Pezelii ipse p. 438. *Consiliorum Philippi 1600.* editor. Ego soleo hanc posteriorem editionem *APOLOGIÆ* cum priori contere &c. Vides *Lector candide*, verba ipsa: Quid verò Crocius? Ipse

Ipsè verò vel mutilat hæc verba, detruncat vocem (APOLOGIÆ) eradendo vel omittendo per crimen FALS. ut possit Ἰὴν θεοῦ φυλάττειν: vel D. Pezelius non rectè recensuit verba Brentii: Provoco hic ad Iudicium totius Ecclesiæ, ut ut dispiciat de hac lite. III. Fallaciam *interpretationis*. Nam disertè loquitur Brentius, si verus est Brentius, de *Confessione* illa, quam Augustana Comitata pepererunt: Atqui variatam Confessionem non pepererunt Comitata Augustana; quod supra falsus est Crocius n. 52. Ergo variatam Confessionem non intellexit Brenti⁹. Loquitur de Confessione illa, quæ magno est Ecclesiæ thesauro, magnoq; amoris bonis omnibus. At Confessio Philippi variata non est thesaurus, sed errorum cumulus & crypta; neque bonis amoris esse potest: non enim boni viri amant corruptelas, publico Symbolo illatas.

Ad Selnecceri testimonium respondeo: i. Fallere Crocium *Elencho testimonij*; Nam Selneccerus postea correxit mentem, fraudem Reformatorum animadvertens. Vide Const. Assert. Vernac. n. 120. § 62

XI. In Conventu Naumburgensi recepta est eadem à Philippo variata Confessio p. 87. 88. 88. 89. 98. 99. Georg. Hanefeld I. theil p. 131. 132. Colloquii vernaculi de cœnâ,

Respo

90. *De Convent. Naumburg.*

Respond. (1.) Hanc objectionem solvimus supra n. 23. & const. aff. ut. vernac. n. 03. 1104. 105. ubi ad Epistolam Ordinum, ad Ferdinandum Imperatorem missam, fusè responsum est. (2.) Nunc illud solum repeto, quod civitates Saxonicae eodem anno, in mense Julio Luneburgæ dem indixerint, & Theologos suos miserint, qui exp. esse testatisunt, se amplecti etiamnum & accuratè defendere Augustanam Confessionem exhibitam anno 1530. in eo sensu, quem articuli Smalcaldici prae se ferant, quemq; Lutherus in suis scriptis, Catechismo majore atq; minore, luculenter expressum habeat **B ij ¶. Damit aber m̄nn: Tit: Auff den Erst: (3.)** Eadem civitates unà cum Theologis suis expressè condemnaverunt Sacramentarios Calvinianos, utpote decimo articulo exclusos in Aug. Confessione, quiq; iisdem oppositus sit. **E ij. Tit. Von den Sacramentarius: ¶ Daran ist kein. ¶ Weil denn solche. ¶ Aber wieder solch. (4.)** ad scripta Lutheri provocant **¶ So viel aber.** Ex quibus omnibus patet, eò conventu Calviniano sensu Augustanam Conf. *minimè* repetitam esse, sed potius **REIECTAM.** (5.) Idem testantur Conventus Brunswicensis Theologorum inferioris Saxoniae, in quo D. Alberrus Hardenberg, erroris Calviniani accusatus est. (6) Rejecerunt etiam Calvini sententiam

tiam

tiam Academiae Lipsensis, Wittebergensis, Rostochiensis, responso ad Magistratus & Ecclesias Transylvanas misso. Quae omnia demonstrata sunt in Aug. Confess: hist. ad hunc annum 1561 p. 166 seq. Edit. Erfurtensi 1584. Ergo quam falsa & impudens est illa Calvinianorum assertio de Conventu Naumburgensi; tam caecum & plane impotem mentis esse eum oportet, qui huic *notorio mendacio* credit. §63

XII. Excipit ad id, quod dicimus, Principes non emendatam, sed primam Confessionem subscriptione sua confirmasse. p. 98. (1.) Principes non recesserunt latum unguem ab Confessione variata: Idem & nos facere debere. (2.) Principes commendarunt eandem, & tolerarunt. §64

Respond. (1.) In bono sensu, in iudicio charitatis Principes nonnulli admiserunt variatam **A** Confessionem. Id fatemur. Postquam vero coeptum est, hac sub Confessione quosdam interpolare Calvinianas opiniones, eosdem poenituit, iudicii hujus ex charitate protecti, & cum iudicio veritatis, atq; Christiana prudentia, quam scholis debebant & Ecclesiis suis, commutatum est, quod colligimus ex ipsis, ad **D.** Ferdinandum datis Statuum Protestantium literis, ex parte recentitis supra §: 23. ubi se Status referunt ad *editam* Confessionem Wittem.

tembergæ anno 1531. juxta quam Constitutiones Ecclesiasticæ ordinatæ sunt, & disertis verbis, se *novam* sententiam vel doctrinam non fingere vel amplecti, luculentissime protestantur: Hæc verò omnia soli invariatae Confessionis Augustanæ quadrant: non verò Philippicæ, sive à Philippo variatæ, ut l.d. supra ostendimus. (2.) Reliqua, quæ habet D. Crocius, jam satis soluta sunt.

§65. XIII. *Nostram Confessionem solam Cesari exhibitam esse non variatam illam à Philippo.* Excipit Crocius p. 69. (1.) nos publica *acta* in dubium vocare: in Conventu Naumburgensi comprobata esse variatam Confessionem. (2.) anno 1558. eandem *Francofurti ad Mœnum* Imperatori Ferdinando solenniter oblatam esse. (3.) idem factum esse anno 1541. (4.) Idem *confirmat* testimonio Wilhelmi Hasliæ Landgrafi, an: 70. supra sesquimillesimum. Hæ sunt rationes D. Crocii: Sarcasium §. *fateor, nunquam*, objectum falsè non revoco ad rationes, cum personas concernat.

Resp. ad 1. in ea est (1.) *petitio principij*: Nam Conventus *Naumburgensis non simpliciter*, non absolute recepit Confessionem à Philippo variatam: Probavi hoc supra §. 23. p. 41. 42, 43. Et constant. assert. vernac. p. 184. §. 103. Demonst. XV. (2.) *Elench.* à dicto secundum quid ad di-

ad dictum simpliciter, itemq; interpretationis
cum Sophistice exponitur mens Statuum:

Ad II. respond. (i.) per *inficiationem*. Nam
Status provocarunt Francofurti ad transactio-
nem Passavientem: fol. 109. b. §. So haben
wir: Hæc autem transactio ad A. Confessionem
invariata[m] sese retulit, quod testantur Recessus
imperii fol. 144 a. §. Auff daß aber/ &c.
Auff daß aber in mitler zeit / den verfüh-
rischen/ je lenger/ je mehr/ beyden der Al-
ten Religion vnd Augspurg. Confession
zu wieder/ einbrechenden Secten vnd
irrigen opinionen kein Raum oder stat
gelassen/ sondern dieselbe vom H. Reich
Teutscher Nation / vnserem geliebten
Waterlande abgewendet werde. So ha-
ben wir vns mit ihnen / den gemeinen
Ständen/vnd sie sich herwieder mit vns
verglichen / daß solcher Secten vnd ir-
rigen Opiniones, so wie gemelder / sich
von beyden der Alten Religion vnd
Augspurg. Confession absonderen/ oder
denselben zu wieder seyn/ vermöge/ Re-
ligion Friedens/ keine gelitten/ noch ge-
duldet. Sondern allenhalben der ge-
bür

94. *Francofurtensis Conv.*

bür/ vnd dem Religions frieden gemeß/
gänglich abgeschaffet worden. Ex his ar-
guo. Omnes tunc irrepentes factæ, & August.
Confessione contrariæ, nec Passaviensi Trans-
actioni inclusæ, Francofurti sunt *exclusæ*. Atqui
Calviniana fides erat tunc irrepens facta, Conf.
Augustanæ contraria, &c. E. hæc fides Calvi-
niana est *exclusa*. *Major* est totidem verbis e
Recessibus imperij desumpta: *Minor* verò à
nostris, toto jam seculo probata est: Ergo stat
firma conclusio, quæ Crocio opposita est. (2.)
Multi quoq; status diserte protestati sunt ibi-
dem, se non agnoscere A. Confessionem vari-
atam: teste hist. August. Confessionis ad hunc
annum, & Theol. Saxonici idem late probant
p. 456 *Verthedigung des Augappels Re-*
cessus imperii, ad hunc annum s. Ihre Chur
vnd Fürstl. Genad. &c. Vide const. assert.
vernacul. p: 175. Formul. Concord. præfatio:
s. *Diweil denn nun die &c.* (3.) Theologi
quoq; Saxonici inferiores, machinationibus
Francofurti cufis, palam contradixerunt teste
hist. A. Confessionis *Cap 2.* quod vel ex so-
lis Joachimi Westphali scriptis contra Calvi-
num & Pollanum circa hæc tempora editis,
ut alia taceam, liquido patet. Ex his tale fuit
conjectarium: Variata A. Confessio anno 1558,
Francofurti est rejecta: & contra eam, cum
Status

Status & civitates Imperii, tum quoq; Theologi protestati sunt. Ergo illa Confessio variata Philippi non est probata 1558. anno.

Ad III. Resp. *per insurrectionem*: Nam Wormatiæ 1541. non est approbata Confessio Aug. quatenus variata erat. Vide §. 20. p. 34. 35. supra, ubi hoc probavimus: Et hist. Aug. Confessionis p. 460. §. *Dietwell aber*. Defensio pupillæ oculi p. 43E.

Ad IV. testimonium, nempe *Landgrafij* supra §. 38. p. 67. 68. responsavimus, & male id à D. Crocio applicari, demonstravimus.

Ad V. Argum. Negat D. Crocius, Philippum nomine Electoris Saxonix, ob variatam Confessionem Aug. à D. Pontano correptum esse. p. 100. 101. 102. Rationes D. Crocii hæc sunt: (1.) Quia Elector non inhibuit editionem, neq; exemplarium distractionem. (2.) Quia pugnat hæc narratio cum naturâ & ingenio Philippi, quod plurib⁹ amplificat l. d. Crocius (3.) Quia fit privatum testimonium, quod proferatur de D. Pontano, à Sereniss. Electore Saxonix instructo ad corripiendum Philippum p. 102. 103. ubi hoc ex Codicis lege confirmat.

Resp. ad I. Nego *consequentiam*. (1.) Nam correptus fuit Philippus, factâ jam editione & distractis exemplaribus: Nescius enim fuerat Elector hujus ausus Philippi: si scivisset, im-

pediisset utiq; editionem *divulgandam*, non potuit impedire divulgatam, quippe jam distractam, & re non amplius integrâ. Ineptâ igitur est sequela Crocii: (2.) *Nego, Electorem*, non impediisse hanc variationem: Impediit sanè & dissensum suum declaravit reali exprobratione. (3.) Estq; omninò verisimile, multum veniæ meritis & auctoritati Philippi datum esse ab Electore. At verò ubi venia est larga, ibi non minor est protinus culpa. Sæpe magna culpa maximam invenit veniam.

Ad II. Resp. Utrumq; est verum: nempe, Philippum modestum prudentemq; fuisse: Et eundem timidum fuisse: Ex hoc factum est, ut Confessionem mutaverit: Ex illo meritò prudens & modestus audit: æque ac D. Aaron & Petrus & modesti fuerunt, & simul ex timiditate, ille Idololatria, hic Christi abnegatione, peccaverunt uterque. Ergo fallaciam oppositorum *committit* D. Crocius: nam simul erant in Philippo, timor & prudentia.

Ad III respond. (1.) Fallit Crocius *elencho testimonii* & interpretationis: non enim *absolute* hoc valet: *Vox unius est vox nullius*, ut fuse non minus, quàm docte explicant Icti, quos videat Lector ad l. 9. §. l. c. de testibus: nostrum quidem non est, extra orbitam vagari professionis nostræ: Attamen non poterat ignorare.

D. Cro-

D. Crocius, hæc verba. Vox unius &c. esse Hermenepol. in glossa. Textum verò Imperatoris ipsum l. 9. non esse absolute accipiendum. Nam ita *habet*: Sancimus, ut unius testimonium nemo iudicum in quacunque causâ *facile* patiatur admitti: Ergo non FACILE admittendum est eiusmodi testimonium. Sunt tamen casus, in quibus admittitur v. ff. de ventr. inspect. Sic soli tabellioni creditur l. Cornel. de fals. ut late explicat glossa Juris Edit. Lugd. Itaq; à dicto secund. quid ad d simpliciter fallaciâ D. Crocius ludit. (2.) Nego unum hic testem esse, qui hoc affirmet de Philippo: Nam I. factum ipsum clarum est, mutatio scilicet Confessionis. II. Testatur hac de correptione D. Selneccerus Orat. de A. Conf. Jenæ excusa, p. 68. III. Ipsæ Archivæ Electoris Saxoniae, de quibus mox: IV. Historia A Confessionis publico jussu adornata, p. 364. V. Theologi Saxonici anno 1631. in defens. pupillæ oculi, quorum verba mox recensebo. Hi quinque testes suntne unus testis?

(2.) Nec valet *consequentia* Crocii Ministri Regiomontani non perreptaverunt archivas Saxonicas: Ergo non possunt provocare ad Instructionem. D. Pontano olim ab Electore datam: Nulla, inquam, est *consequentia*: nam possumus aliquid ita probare, etiamsi non per-

reptari datum sit archivorum illustrium adyta,
Hocine pertinet ad fidem probationis, pro-
bantem ipsum in ipsas admitti archivas? annon
alius est modus probandi?

(3) *Negamus* itidem, quæ de instructione,
deq; schedula narrat D. Crocius, eamq; inter
instrumenta domestica & privatas testationes
refert: Quicquid hujus sit, probatio hæc tam
firma est atq; aplice publicæq; veritatis, non
domesticæ, ut Theologi Saxonici, Patres mei
in Christo reverenter habendi, ex publico Se-
reniss. Electoris Saxonie, &c. Domini mei
Clementissimi, jussu ita scripserint, in *Haupt-
vertheidigung des Augappels* cap. XXIV. p.
439. form. 4. Lips. 1631. contra L. Forerum Je-
suitam, eandem Philippi correct. negantem.
Es irret (aber) wol/ ob es schon der Je-
suit vermeinet. Und ist solches kein blos-
ses fürgeben der Prædicanten / sondern
es sind die vollstendige Acta noch auff ge-
genwertige stunde in den Archiven ver-
handen/das man aber solche nicht vnter
die Jesuitische Hechel gibt/ist die vrsach/
das mans für keine schuldigkeit achtet &c.
Hic memor sit D. Crocius regulæ abs se tradi-
tæ: p. 99. *Publica acta in dubium vocanda non
esse. Subsumo: Correptio Philippi est in actis
publi-*

publicis: minor est publicæ veritatis jam probata. E. Acta hæc in dubium vocanda non sunt, adeoq; certa sunt, omniq; exceptione majora. Ergo immota perstat veritas hujus assertionis: nempe, Philippum Melanthonem vere ab Electore, ob mutationem A. Confessionis, correptum fuisse: quod imprudenter, non dicam impudenter, negavit Dn. D. Crocius.

XV. *Argum.* Philippus non est reprehensus à Luthero ob variationem Confessionis p. 103. Crocius. (1.) Quando? ubi &c. reliquas circumstantias examinat. (2.) Philippus parvisset Luthero: nec ita Lutherus acquievisset (3.) Ordines probasse mutationem, &c.

Resp. ad I. (1.) Hic respondeant pro nobis tot præsumptiones, quas tum ex ingenio Lutheri constantissimo, tum ex Philippi animo timidissimo, sumere licet. (2.) Producimus duos testes, M. Rorarium, vide D. Vigandum p. 31. b. Hist. Aug. Confessionis, & D. Nopum, qui id testati sunt, sufficientes idoneos, legitimos: etiamsi D. Crocius requisita omnia fere applicet e myrotheciis Ictorum. Vel eâ nobiscum lege paciscatur, ut & suis Theologis domesticis (si velit, nostris) omnem testimonii fidem deneget. (3.) Tertius testis est instar multorum, nempe historia A. Confessionis p. 459. 460. §. *Auff daß wir aber.* (4.) Idem. alii plures testantur.

E 5

Ad

Ad II. respond: Editio Philippi jam prodierat, jam res non erat integra amplius: An verò Philippus Lutherò semper paruerit, dubitamus, & exempla in contrarium adferre sumus nunquam non parati. Igitur hæc consequentia D. Crocii non valet.

Ad III. resp. petere principium D. Nam Ordines Imperii nusquam probarunt Philippicam Confessionem *absolutè*. Fabula est, quam narrat.

XVI. Argum. Ordines Imperii datis ad D. Ferdinandum literis, variationi Augustanæ C. minime reclamaverunt: p. 704.

Resp. Coccyus est de Conventu Naumburgensi: Eo enim variatam Confessionem, sensu Calviniano receptam planè fuisse, negamus, & supra §. 23. seq. id invictis rationibus probavimus. Insuper ad historiam Aug. Confessionis, ad hunc annum nos referimus: Phaleras orationis Crocianæ, quas habet, p. 104. pensæ non habentes: ut disputatores decet.

XVII. Argum. Philippus non retractavit Confessionem: p. 105. D. Croc. Probat contra nos (1.) testes suspectos esse, quibus non sit credendum. (2.) Quando retractata sit? (3.) ad Conventum Naumburgensem denuò provocat. (4.) Est tamen Philippi variata Confessio scholis commendata & Ecclesiis.

Respond. (1.) non sunt testes suspecti, qui hoc

hoc

hoc, quod dicunt, probant. At probavimus ex Actis Colloquii Ratisponensis, rem ita se habere, ex historia A. Confessionis p. 452. §. **Es hat auch**. p. 456. §. **Weil auch wir**. p. 459. §. **Auff daß wir**.

Ad II, respond. in Colloq. Ratisponensi retractata est hæc variatio, quod patet ex præcedentibus, & ex §. 20. p. 34. 35. seq. supra.

Ad III. respond. coccyismus est: ad IV. D. Principes quidam permiserunt usum variatæ Confessionis. (1.) quia erat tunc sparsa, & manibus hominum versata (2.) quia Philippus eam restituerat & suam mentem declaraverat publice. (3.) Et tamen primam illam A. Confessionem solenniter & publice Ratisponæ repetiverant: (4.) Recepta etiam erat Philippi variata Conf: non *universaliter* ab omnib⁹ Principibus, sed tantum à quibusdam nec absolute.

Hæc potiora sunt argumenta D. Crocii, cap. II. part. 2. Conversat. Prutenicæ pertractata, & à nobis, solo veritatis studio, & tuendæ libertatis ingenuo Zelo, discussa, de quo iudicium penes lectorem esto: quæ verò idem D. Crocius habet capite primo secundæ conversationis parte, ea omnia soluta sunt in præcedentibus responsionibus nostris ad dictata allatis.

APPENDIX
De Colloquio Lipsensi
1631. habito.

Excerpta è libro, Rev. Magnifici &
Nobilissimi Viri, Dn. D. Matthiæ
Hoëab Hoëneg; &c. Domini Prae-
ceptoris, & promotoris mei
magni, colendi. &c.

cui titulus

Unvermeidentliche Rettung
Churf. Durchl. zu Sachsen
gethaner Gewissensfrage.

Lips. form. 4. 1635.

Quoniam Collationem Lipsiæ anno 1631.
habitam, inter Theologos Lutheranos Sa-
xonicos & Calvinianos, Brandeburgicum &
Castellanos, supra D. D. §. 28. allegaverat: atq;
ego *rumorem, nihil probantem*, eandem dixi-
ram: operæ pretium me facturum existimavi,
si primo loco, de *constitutione* hujus collationis,
per aliquot assertiones (non enim prolixius e-
divi-

divite libri illius penu proferam, omnia delibans) agerem, cum responsi mei probandi ergo, tum Lectoris informandi, ne rumusculis de locum vanis & inanibus, cum supra laudati libri apud studiosam juventutem copia non sit. Itaq; Collatio ista Lipsensis.

I. *Homiletica* magis, quam *Polemica* fuit: non enim controversiæ inter nos & Reformatos ita sunt agitatae, ut in Colloquiis *Maulbron-* S. I.
nens: *Mompelgartensi*, vel aliis factitatum est: sed tantum *generaliter quadam* tactæ. Testem hic produco, antea laudatum Rev. Magn. Exc. Theologum Dn. D. Hœe &c. p. 430. *Unvera- meidentlicher Rettung*: cujus hæc sunt verba: *Nun ist in der Conferenz zu Leipzig nur summarisime von 3. Reformirten Theologis gehöret worden / in was Artickelen sie sich zur Aug. Confession bekenneten. En! auditi sunt Theologi Reformati, ut edentes Confessionem, non ut Polemice eandem ventilantes!* Ibidem. *So hat man zu Leipzig nicht begehret / auß den Schriften / oder Confessionen der Calvinisten groß oppositum zu halten / wie in denselben der Augspurg. Confession zu wieder / vielfältig gelehret vnd geschrieben werde &c.*

Ecce! non disputatum est Lipsiæ, nec argumenta opposita! Unde arguo: Collocutos solum hic utriusque partis Theologos fuisse, non accuratè de controversiis (quod tamen ad eas finiendas pertinet) disceptatum esse.

§. 2. II. *Particularis fuit*, ratione personarum. Nam solum tres Theologi Reformati adfuere, ut §. I. probavimus e p. 430. D. Høe *Unverz. Rettung. Ibid. p. 35. Threer (der Calvinischen Lehrer) wahren nur drey.*

At de arduo hoc negotio, Ecclesiam totam Reformatam concernente, non poterant tres solum Theologi transigere: quippe qui nec ab omnibus Ecclesiis Reformatis ad id vocati erant. Ideoque, ne hæc Collatio in præjudicium ulli Ecclesiarum, vel Doctorum, vergeret, his disertissimis cautum est verbis: pag. 415. *Ist also diese gütliche privat-Conferentz den 23. Martij geendet/ dabey aber nachmalen protestiret worden / daß man auff keinem Theil/ weder hohen Potentaten vnd Obrigkeiten/ noch anderen interessirten Theologen/ am allerwenigsten beyderseits ganken Kirchen / hiedurch im geringsten zu præjudiciren begehreten: e p. 431. Dazu (nempe ad reconciliationem)*

nem)

wem) aller interesirten Stände Kirchen vnd Theologen gehören / denen keinem auch im geringsten etwas präjudicirt kan werden. *Hæc ille.*

III. *Tantum explorativa:*] Quid enim spei vel animi Reformatis esset Theologis, Lipsiæ expiscari placuit in eo conventu. Verba collationis ita habent p. 415. **Vuvern. Rettung.** Dn. D. Hœe. (Es ist) allein dahin gemeinet gewesen / für allen dingen / anfänglich summaritet zu vernehmen / ob vnd wie weit beyde Theil / in den 28. Articulen der Augspurg. Confession einig seyn Confer n. V. allegatum locum ¶ Item confer ibid. p. 416. Alles was beytziger Conferenz vorgegangen / sol aber in dem Stande seyn / als ob nichts fürgegangen were.

IV. *Partialis*, ratione articulorum, de quibus instituta est collatio l. d. p. 431. Man hat zu Leipzig nur von denen Articulen der Augspurg. Confession / vnd von den Worten vnd Puncten / so darinnen *literaliter* stehen / geredet vnd gehandelt. Da
man

man aber Ausführlich von einer Vergleichung handelen solle/so wurden weit weit mehr Puncten vnd Articlen auff die bahn kommen/vnd vernommen werden müssen/was der Calvinisten Gemüt vnd Erklärung were. Es würde sich so *summarissime*, vnd eilfertig nicht thun/oder mit der langen Ellen darüber herfahren lassen.

Et quidem brevissimè: nam sex solum vicibus instituta fuit Collatio p. 74. ¶ **Man ist aber:** An verò sex vicibus tot poterat controversiarum difficultas superari? tot scriptis, atq; colloquiis hactenus non superata?

V. *Privata*, neq; aliis Ecclesiis, sive Lutheranis, sive Calvinianis *præjudiciosa*. Huc spectant loca n. III. allegata. Ibidem pag. 422. Man köndte den Sämtlichen Kirchen vnd Theologen nichts zum Vorfang handelen noch begeben.

Item Churf. Durchl. zu Sachsen/hetze das fürhaben so weit placitirt/ daß es ganz vnd gar/ mehr nicht/ dann nur ein privat vnd aller dinges unversängliche Conferentz/ auch alleine dahin gemeinet seyn

feyn solte / zu vernehmen / anzuhören /
vnd zu erwegen / ob vnd wie ferne man
in der Augspurg. Confession einig? 2c.

Similia sunt pag. 423. omnia illa acta in
Collatione, perinde, ac si acta non fuissent, ha-
benda esse. Et additur. Auß welcher allen
Freunde vnd Feinde zu sehen / wie so
gar ohne allem Grund man auff gegen-
theiles seiten / einer zu Leipzig schon ge-
machten Vergleichung sich gerühmet ha-
be. Da doch die ganze handlung vnd
Conferenz allerdingz vuerfenglich / vnd
vnpredjudicalich gewesen / also / daß weder
ganke Kirchen / noch einiger Theologus
daran gebunden / sondern alles in dem
Stand / auff beyden Theiten / in puncto
Religionis noch bleibet / in welchen es für
der Conferenz gewesen.

VI. Neg. spargenda p. 416. Kein Theil sol
sich vnterfangen / ohne das andere auß-
drückliche bewilligung / diese beschehene
handlung vnd Consignation zur Unge-
büß zu spargiren / oder vorgreifflich auß-
zu breiten.

H i s

His similia sunt p. 389. ¶ **Denn ob wol:**
Atqui, si Transactio plena ibi fuisset, spargere
eandem omnino licuisset.

VII. *Neg. inita communi utriusq. Ecclesiae con-*
sensu. Nam facti sunt Reformati Theologi, se-
se aliarum suarum Ecclesiarum consensu præ-
sente destitui, p. 35. Sie (die Calvinischen
Theologi) vermeineten zwar / es müßten
die anderen wol einstimmen / vnd da sie
nicht wolten / so solte man zu frieden
seyn / wann in Teutschland ein Allge-
meiner *consensus* were.

p. 430. Wenn andere Inn- vnd auß-
ländische (Reformirte Theologen sc.) sol-
ten hirüber vernommen werden / wer
weiß / was dieselben dazu sagen würden?

VIII. *Neg. in ea collatione quidpiam constitu-*
tum est, quod contra Dei verbum, conscienti-
am & Aug. invariata. Confessionem pugnat.

pag. 431. Dessen bin ich sonsten alle-
malen in Gott versichert / dz in der Leip-
zischen Conferentz / vnser theils nichts
geschehen / noch fürgegangen / das wider
Gott / wider sein wort / ehre / Lehre vnd
Christliches Gewissen lauffet.

pag:

pag. 429. Daß aber Herr Mortonus vermeinet/ es scheine leicht/zur Vergleichung zu kommen / weil beyde Theil die Augspurgische Confession betieben vnd annehmen/ p. 34. so ist davon droben außführlich gehandelt vnd dargethan worden/ daß die Calvinisten ins gemein der Augsp. Confession noch zur zeit/vnd bißhero/gar nicht auffrichtig zugethan gewesen seyn/ &c.

Item D. Johannes Bergius, Sereniss. Electoris Brandenburgici Concionator &c. 1632. in quadam disputatione, Regiomonti habita dixerat, Calvinianos &c. pro sociis Augustanæ Confessionis acceptos fuisse Lipsiæ, anno superiori, ibi ad marginem p. 421. Dn. D. Höe illa verba adscribi iussit: N. B. Das ist nicht begehret worden/ auch nicht geschehen.

II. *Membrum.* Cum ergo, vi assertionum harum octo, omni exceptione majorum & ex publicis hujus Collationis Lipsiensis actis, Serenissimo & potentissimo Electori Saxonie &c. Domino meo clementissimo, inscriptis nulli non liquido constare possit, istâ quidem collatione Lipsiaca, pacem Ecclesiasticam inter Theologos nostros & Calvinianos, minime fur-

110. *Colloq. Lips. non iuvat*

nie firmatam aut initam fuisse: illud omnino
consequens est, ut, eos quidem Theologos Re-
formatos (qui ad illam Lipsicam Collationem
provocant,) & se & suos *faller.*, causam suam
prostituer., eamque rumusculorum tantum-
umbris involvere, publicorum actuum fidem
in dubium vocare, cum extrema impudentia,
libere non tantum nos, sed & omnes boni, qui
PACEM ET VERITATEM amant,
sint iudicaturi. Deus nos in sua veritate & pa-
ce sanctificet, ut illa imbuti, hanc quantum
in nobis est, colamus, aut fugientem
saltem persequamur, salva ve-
ritate & conscientia!!



VITIA CONFESSIO-
nis à Philippo variatae.

Quando-

Qvandoquidem sæpe injecta est mentio, Confessionis à Philippo variatæ, quam tamen mollire vel excusare, quod non in rebus, sed tantum verbis mutatio facta sit, multi præsumunt, adjeci ex historiâ Augustanæ Confessionis D. Joh. Wigandi p. 45, b. 46. a. judicium de hac variatione, quod ita habet.

In præsentia (ait D. Wigandus) non conferam, neq; exponam singula, sed exempli gratiâ tantum hæc pauca indico, in quibus **R E R U M M U T A T I O** ingens facta est.

Articulo quarto & quinto Evangelii definitio Antinomica mutatis exemplaribus inserta est, quod arguat peccata: quæ quidem definitio in veteri exemplari non est.

In quinto, in gratiam Synergistarum, expuncta est sententia: Nam per verbum & Sacramenta donatur Spiritus sanctus, qui quidem efficit, ubi & quando visum est Deo, in iis, qui audiunt Evangelium, & substituta est phrasis illa bis: **S I M U L** audientibus Evangelium & cogitantibus &c. dari Spiritum S.

In Apologiâ, ubi dicitur, *das wircket Alleine der H. Geist* / expuncta est vox *Alleine* / & aliò translata est, *Daß der freye Wille vnnnd Vernufft in Geistlichen Sachen alleine nichtes vermag.* Hæc subveniunt Synergistis:

In sex-

In Sexto articulo ad hanc sententiam, quod necessario debeat iustitia bonorum operum sequi, additur: Sicut & Christus præcepit: Si vis in vitam ingredi serva mandata. Hæc Pseudoapostolis, seu Majoristis profunt, utcumq; postea declarentur.

Item expungitur ex Latino dictum Ambrosii valde illustre & aliò collocatur.

In decimo articulo delentur hæc verba: Et improbamus secus docentes: idq; fit in gratiam Sacramentariorum.

Sed omitto reliqua, à veteri exemplari discrepantia, quia valde **MULTA SUNT**. Hæc autem annoto, ut saltem in quibusdam locis attentus & Pius Lector videat, non tantum verba, sed etiam **RES IPSAS** esse mutatas.

Nec in præsentia dicam, quomodo in Apologia factæ sint mutationes: expuncta vox **SOLA**, & alia nonnulla variata.

Hæc D. Wigandus. d. l.

His similia habet D. Mylius prima, in Aug. Confess. disputatione & alii. Unde hoc Confessarium fuit: Confessio Philippi variata est 1. Antinomica. 2. Synergistica. 3. Corrupta, est, quoad verba & contextum. 4. Aucta est, citra Confessorum mentem. 5. Majoristica, est. 6. Expungit verba quædam. 7. Et decimum articulum Augustanæ Confessionis manifestis.

festissime truncavit & adulteravit: Ergo hæc
Philippi variata Confessio & in verbis & in
rebus ab Aug. Confessione differt:

*Aut ostendite hæc falsa esse, quæ dixi-
mus, aut gloriationem ponite de Au-
gustana Confessionis societate &
sinceritate, Reformati
Doctores.*

Deo pacis & veritatis sit
Gloria!

*Erratis veniam, Lector amice,
dabis.*



112. recit.

... & adhaerere: Ergo haec
... & in verbis & in
... confessione differ:

... aut ostendit hoc facta esse, qua dicitur
... aut glorificationem dicitur de ha-
... gustare Confessionem faciente
... Invenit, Reformans
... Doctor.

Deo pacis & veritatis sit
Gloria!

Evangelium, Iacobus amicus
dicit.



1511

1512

1513

1514

1515

13. Sep. 1979

The evang part

1253

